SEMINARIO
XAVIER ZUBIRI
EDICIONES CRÍTICAS DE OBRAS FILOSÓFICAS
Volumen I

FRANCISCO SUÁREZ

DE ANIMA

MADRID
1991

FRANCISCO SUÁREZ

Commentaria una cum quaestionibus in libros Aristotelis DE ANIMA

Comentarios a los libros de Aristóteles SOBRE EL ALMA

Edición crítica por

SALVADOR CASTELLOTE

Tomo 3

FUNDACIÓN XAVIER ZUBIRI

IMPRESO EN ESPAÑA

PRINTED IN SPAIN

I.S.B.N. 84-604-0530-3

Barquillo, 10-3.º dcha. Tel. 532 76 27
28004 Madrid

DEPÓSITO LEGAL: V. 3.226 - 1991

ARTES GRÁFICAS SOLER, S. A. - LA OLIVERETA, 28 - 46018 VALENCIA - 1991

PREFACIO

El tercer y último tomo del primer volumen de la colección «Ediciones críticas de obras filosóficas»: FRANCISCO SUAREZ, *DE ANIMA* ve la luz diez años después de la aparición del segundo tomo. La muerte de nuestro gran maestro Xavier Zubiri, que con tanto entusiasmo recibió nuestro trabajo crítico sobre el tratado *De Anima*, en parte inédito, del gran filósofo español y Doctor Eximio Francisco Suárez, paralizó este esfuerzo editorial que ahora, en manos de personas competentes y esforzadas, se reanuda con la edición de este tercer tomo, quizás el más importante del gran estudio psicológico y epistemológico de Suárez.

Quiero agradecer a Carlos Baciero —que, junto con su hermano Luis, han sido, como ya dejé constancia en los anteriores tomos, los artífices de la inmejorable traducción castellana que acompaña al original latino— el empeño que en todo momento ha puesto para que se llevara a cabo esta edición. Igualmente agradezco la intensa labor realizada por la Srta. Madinabeitia en este mismo sentido. También quiero expresar mi más ferviente agradecimiento al P. Félix Rodríguez, quien desde el principio fue el esforzado e incansable motivador de esta edición. Sin la colaboración de mi sobrina, Fanny Crespo, no me hubiera sido posible compaginar la enorme cantidad de datos recopilados durante más de veinte años y que ahora, gracias a su inestimable ayuda y también a las nuevas técnicas informáticas, puedo ofrecer a los estudiosos de la obra suareciana.

Tanto las abreviaturas como los signos especiales siguen siendo los mismos en este tomo. El lector podrá ver su interpretación en el apartado «Aparato Crítico», pág. XIII del primer tomo. Allí queda también constancia del *Index fontium*, a cuyas obras se hace referencia en el aparato crítico de este tercer tomo. Únicamente han sido añadidos los signos { } para indicar lecturas repetidas textualmente en las *Controversias* del Manuscrito de Pavía (Cfr. sobre el tema la *Introducción* del primer tomo).

Espero poder colaborar más en la difusión de la obra suareciana de forma seria y crítica, con la edición de manuscritos inéditos de su obra. Hasta entonces seguiremos trabajando con el análisis informático de las dos más grandes obras filosóficas de Suárez: las *Disputationes Metaphysicae* y el propio tratado *De Anima*, con el objeto de ofrecer una base sólida y crítica a un posterior estudio.

SALVADOR CASTELLOTE

ÍNDICE GENERAL DEL TOMO III

Commentaria una cum quaestionibus
in libros Aristotelis
DE ANIMA

Comentarios a los libros de Aristóteles
SOBRE EL ALMA

TOMO III

DISPUTATIO OCTAVA

De sensibus interioribus

1. De hac re agit Aristoteles, *3 De Anima, cc. 2 et 3.*[1]

Cuius resolutio his conclusionibus continetur:

Prima conclusio: Praeter sensus externos, necesse est ponere alium sensum interiorem, qui discernat inter sensibilia propria sensuum externorum, et eorum operationes cognoscat.

Secunda conclusio: Sentire diversum est ab intelligere et stupere.

Tertia conclusio: Phantasia diversa est ab aestimatione, nam illa est in nostra potestate, et haec minime.

Quarta conclusio: Phantasia non est sensus, nec aliquis habitus intellectivus.

Quinta [conclusio]: Phantasia est motus factus a sensu in actu. Sensus enim exterior motus movet interiorem, et hunc interiorem motum / appellamus phantasiam. Haec docet Aristoteles de *S 195* istis sensibus, et ea obscure et concise, quapropter maiore declaratione indiget haec materia. Breviter tamen de ea dicetur, quoniam pauciora nobis sunt nota de his sensibus.

1 **3** De hac *praem.* Explicatis sensibus exterioribus, dicendum superest de interioribus (III 30, 1) *L* **3** et 3 *add.* Et interpraetes ibi, D. Thomas, tum alibi, tum 1 p., q. 78, a. 4, ubi praecipua quam explicata, sed paulo latius hic erunt disserenda. (Ib.) *L*
4-19 Cuius... sensibus *om. L* **16** 195] 193 *S*

DISPUTA OCTAVA

Los sentidos interiores

Aristóteles trata esta materia en *3 De Anima, cc.* 2 y 3.[1]

Primera tesis: Además de los sentidos externos es preciso admitir otro sentido interior común capaz de discernir los sensibles propios que atañen a los diversos sentidos externos, y de conocer sus acciones.

Segunda tesis: Sentir es distinto de entender y admirarse.

Tercera tesis: Fantasía es distinta de estimación: aquélla está en nuestro poder, ésta, en cambio, de ninguna manera.

Cuarta tesis: La fantasía no es un sentido ni un hábito intelectivo.

Quinta: La fantasía no es un sentido producido por el sentido en acto. En efecto, el sentido exterior al moverse mueve el interior, y a este sentido interior así movido llamamos fantasía. Esto es lo único que Aristóteles nos enseña sobre estos sentidos, y además con oscuridad y concisión. Es, por tanto, una materia necesitada de explicación. Pero lo haremos con brevedad, porque tenemos escasa noticia de estos sentidos.

---

[1] *De an.* III 2-3.

QUAESTIO 1

Utrum sit unus tantum sensus interior, an vero plures

1. In hac quaestione suppono dari sensum interiorem, ad cuius suppositionem notandum est quod haec septem nomina: sensus communis, phantasia, imaginativa, aestimativa, cogitativa, memoria, et reminiscentia significant potentiam aliquam sensitivam a quinque supra explicatis distinctam, sive significent potentias diversas, sive eamdem, prout est principium diversorum actuum. De quo statim.[2]

2. *Sensus communis.* Sensus ergo communis dicitur quaedam potentia interior cognoscens omnia propria sensuum exteriorum, potens discernere inter illa, et ex hac operatione discretiva potissime hic sensus communis colligitur.

Sensus communis, ad quid sit necessarius. Nam illa operatio erat maxime necessaria animae sensitivae, et non poterat convenire alicui sensui exteriori, nam ad discernere inter duo oportet utrumque cognoscere. Unde visus potest discernere inter duos colores, et auditus inter duos sonos, tamen inter colorem et sonum neuter potest discernere, quia neuter utrumque cognoscit. Ad hoc ergo necessarius est sensus communis. Neque potest dici quod eadem anima per diversos sensus discernat, quia anima non cognoscit, nisi per potentias, et ideo per eamdem potentiam debet cognoscere extrema, ut possit iudicare inter illa.

Alia ratione probat Aristoteles, *De somno et vigilia, cap. 1*,[3] dari sensum communem, nempe ut cognoscat operationes sensuum externorum, quae sano modo acceptanda est, iuxta dicta, *d. 6*.[4]

Aliam rationem adducit Albertus, *5 Summa de homine, tract. 2, q. 2*;[5] D. Thoma, *opusc. 43, cap. 4*,[6] nempe esse necessarium sensum communem, ut percipiat sensibilia communia ⌜per proprias species, quae certo ratio falsum supponit⌝, quia sensus interior ⌜non aliter cognoscit sensibilia communia quam exterior⌝, ut *d. 6*[7] annotavimus, et D.
Thomas notat, *1 p., q. 1, a. 3, ad 2*; Avicenna, *6 Naturalium*, / *p.* ⌜3⌝, *cap. 8,* S 195v
in fine[8] et *p. 4, cap. 1*.[9]

2 **42** dari *praem.* ad probandum *S* **47-48** per... supponit *L*, om. *S* **48-49** non... exterior *L*, om. *S* **50** 3 *L*, *om. S*

CUESTIÓN 1

¿Hay un sólo sentido interior o varios?

1. En esta cuestión doy por supuesto que se da un sentido interior. Respecto a dicha suposición obsérvese que estos siete nombres: sentido común, fantasía, imaginativa, estimativa, cogitativa, memoria y reminiscencia, dan a entender algún tipo de facultad sensitiva distinta de las cinco arriba expuestas, trátese de facultades diversas o de una misma en cuanto principio de actos diversos. En seguida volveremos sobre ello.[2]

2. *Sentido común.* Se llama, pues, sentido común a una facultad interior que conoce todos los objetos propios de los sentidos exteriores, con capacidad para discernir sobre ellos. Tal acción de discernimiento es la que sobre todo lleva a la conclusión de que este sentido es común.

Qué necesidad hay de un sentido común. Al alma sensitiva le era sumamente necesaria esa acción de discernimiento que no podía competir a ningún sentido exterior. En efecto, para discernir entre dos, es preciso conocer uno y otro. La vista, pues, podrá discernir entre dos colores y el oído entre dos sonidos; pero ninguno de los dos podrá discernir entre color y sonido, porque ninguno de los dos conoce uno y otro. Esto exige, por tanto, un sentido común. No se puede decir tampoco que una misma alma es la que discierne por medio de los diversos sentidos, porque el alma no conoce sino por medio de sus facultades, y por tanto por medio de una misma facultad ha de conocer los extremos, para que pueda juzgar entre ellos.

Aristóteles, en *Memoria et vigilia, cap. 1*,[3] prueba con otro argumento la existencia del sentido común: por conocer las acciones de los sentidos externos; argumento que hay que aceptar en su correcto sentido de acuerdo con lo dicho en la *d. 6*.[4]

Alberto, en *Summa de homine, tract. 2, q. 2*,[5] aduce otro argumento; y Santo Tomás, en *Opusc. 43, cap. 4*:[6] el sentido común es necesario para percibir los sensibles comunes por medio de especies propias. Argumento que admite sin duda un falso supuesto: que el sentido interno no conoce los sensibles comunes de modo distinto al externo, como indicamos en *d. 6*;[7] y Santo Tomás lo advierte en *1 p., q. 1, a. 3, ad 2*; Avicena, *6 Naturalium, p. 3, cap. 8*, al final,[8] et *p. 4, cap. 1*.[9]

---

[2] passim in hac quaestione.
[3] 455 a 4-25.
[4] d. 6, q. 4, «Utrum aliquis sensus possit cognoscere proprium actum».
[5] = q. 35 (*De sensu communi*), a. 1, n. 5 et *Sed contra*, n. 1, et ad 3: *o. c.*, t. 35, pp. 308ss.
[6] in ed. Romana.
[7] d. 6, q. 1.
[8] *o. c.*, f. 17, col. 2.
[9] *o. c.*, ff. 17sqq.

Sola ergo illa ratio prior concludit dari sensum communem. Unde hic non dicitur esse sensus universalis, sed quidam particularis. Et dicitur communis communitate obiecti, non quia sensibilia communia percipiat, sed quia cognoscat omnia sensibilia externa, et quia in omnes sensus exteriores influit tamquam principium commune eorum. Ita D. Thomas, *1 p., q. 78, a. 4, ad 1*; Albertus, *lib. 2, tract. 4, cap. 12.*[10]

Sed d i c e s: Quomodo unica potentia potest cognoscere sensibilia adeo diversa et saepe contraria? Q u i d a m dicunt sensum communem esse indivisibilem, tamen quia est in organo extenso, secundum illius diversas partes recipere species diversorum sensibilium. Ita Philoponus, *f. 79.*[11]

Sed haec solutio in d u o b u s deficit:

1.º Quia supponit species recipi in organo, et non in potentia, quod supra[12] improbatum est.

2.º Quia ait potentiam esse indivisibilem, quod repugnat accidenti materiali existenti in subiecto extenso.

3.º Non solvit difficultatem, nam fictum est dicere quod diversae species semper recipiantur in diversis partibus.

Et ideo ⌈aliter⌉ respondet Themistius, hic, *cap. 8,*[13] quod sensus communis non recipit in se species sensibilium, sed iudicat de ante se positis in sensibus. Idem videtur sentire Galenus, *7 De placitis,* in fine;[14] Aegidius, *2 De anima, in fine.*[15]

Sed haec est falsa sententia, nam sensus communis non iudicat, nisi cognoscendo; non potest autem cognoscere, nisi in se recipiat species, iuxta supra dicta.[16]

R e s p o n d e t u r ergo quod illa potentia est superior et perfectior, et ideo est universalior, uniens in se virtutem omnium sensuum externorum, quod ex supra dictis, *d. 6,*[17] constare potest, quomodo possit fieri. Unde D. Augustinus, *12 Super Genesim ad litteram, cap.* ⌊*16*⌋,[18] comparat sensus externos quinque rivulis ab uno sensu communi, sicut a fonte ⌊manantibus⌋. Illud autem de contrarietate specierum solutum iam supra[19] est.

54-55 non... sed *om. L* **55** cognoscat *S*, percipit (III 30, 2) *L* **66** potentia *add.* ac corporea (III 30, 3) *L* **71** aliter *L*, A.h. [!] *S* **82** 16] 10 *SP2*, 26 *L* **83** manantibus *PL*, manantes *S*

En definitiva, el único argumento que prueba la existencia de un sentido común es el primero. No se llama común por su comunidad predicativa: no es un sentido universal, sino particular. Se llama común por su comunidad de objeto: por *conocer* todos los sensibles externos y por influir en todos los sentidos externos como principio común de ellos. Así Santo Tomás, Alberto, en *lib. 2, tract. 4, cap. 12.*[10]

Objeción: ¿Cómo es capaz una única facultad de conocer sensibles tan diversos y a menudo contrarios? Algunos afirman que el sentido común es indivisible; pero por estar en un órgano externo, recibe, en proporción a las diversas partes de él, las especies de los diversos sensibles. Así Filópono, *f. 79.*[11]

Pero esta solución tiene dos fallos.

En primer lugar, que las especies se reciben en el órgano y no en la facultad; extremo que quedó rechazado antes.[12]

En segundo lugar, dice que la facultad es indivisible, y esto es incompatible con un accidente material, que se da en un sujeto extenso.

En tercer lugar, no resuelve la dificultad, pues es una ficción decir que las diversas especies se reciben siempre en las diversas partes.

Por eso la respuesta de Temistio en ese punto, *cap. 8,*[13] es otra: el sentido común no recibe en sí las especies de los sensibles, sino que juzga de lo que encuentra ante sí en los sueños. Tal parece ser también la opinión de Galeno, en *7 De placitis,* al final,[14] Gil, en *2 De Anima,* al final.[15]

Pero esta opinión es falsa, porque el sentido común no juzga, si no es conociendo. Ahora bien, no puede conocer, si no recibe en sí las especies, de acuerdo con lo dicho antes.[16]

Ésta es, pues, la respuesta: Esa facultad es de rango superior y de mayor perfección, y por lo mismo de alcance más universal, capaz de reunir en sí la virtualidad de todos los sentidos externos. El modo es constatable por la investigación anterior, *d. 6.*[17] De ahí la comparación que hace S. Agustín, en *12 Super Genesim ad litteram, cap. 16,*[18] de los sentidos externos con cinco arroyos que manan, como de su fuente, de un único sentido común. La objeción contra la contrariedad de las especies ya quedó resuelta más arriba.[19]

---

10 *De an.: o. c.,*t. 5, pp. 312sqq.
11 *De an.* II. *o. c.,* f. [79].
12 d. 5, q. 1, (2ª concl.), n. 6.
13 *De an.* III, c. 8: *o. c.,* p. 290.
14 c. 7: *o. c.,* 1ª concl., ff. 272sqq.
15 Comm. 149: *o. c.,* f. 59v, col. 2.
16 d. 5, q. 1 (1ªconcl.).
17 d. 6, q. 4 (4ª concl.), n. 8; d. 6, q. 6, n. 2; cf. d. 3, q. 2 (2ª concl.), n. 11.
18 n. 32: *PL* 34, 466.
19 d. 5, q. 2 (2ª concl.).

3. *Phantasia.* Phantasia est sensus interior potens cognoscere omnia, etiam sensibilia exteriora, in absentia illorum. Haec enim operatio nobis et brutis communis est, et ideo sensui alicui tribuenda. Illa ergo potentia, quae species rerum sensatarum in absentia illarum conservat, et per illas abstractive cognoscit, phantasia dicitur. Et etymologia sumpta [est] a lumine, ut in praesenti *textu 162*[20] [constat], iuxta translationem Argyroupoli,[21] et expositionem D. Thomae,[22] Commentatoris,[23] Simplicii[24] et Philoponi, in *Paraphrasi.*[25] Lumen / enim dicitur *S 196* <pháos> graece; et quia lumen facit videre colores, inde derivatur «phanós», id est «apparitio», et deinde «phantasia», quae res absentes apparere facit. Philoponus[26] addit quod phantasia dicitur quasi status eorum quae apparent; unde dicit derivari a «phanós» et «stásis», quod graece significat «permanentiam». Et ideo interpretatur textum.

4. Definiens autem Aristoteles[27] phantasiam, prius distinguit illam a reliquis, et primo separat illam a sensibus, et per sensus, externi intelligi <debent>. Ponit autem t r e s differentias inter sensus et phantasiam:

P r i m a, quod licet non sit sensus, neque actu neque potentia, est phantasia, ut in somniis.

D i c e s in somniis esse sensum in potentia.

R e s p o n d e t Themistius, in *Paraphrasi 3, cap. 11*[28] id verificari condicionaliter, id est, licet non ⌊manerent⌋ sensus, etc., ut patet in caeco.

D i c i t u r, 2.º, verificari quando in somniis aliquid impossibile fingitur, cuius neque est actu sensus, neque potentia.

A d d i t tamen Aristoteles, *tx. 156,*[29] quod «sensus semper adest, non vero phantasia». Quae verba difficilia sunt, et ideo Themistius, in *Paraphrasi,*[30] illa ommittit, sed in graeco habentur; et ideo D. Thomas[31] exponit quod sensus, id est, facultas sentiendi semper adest, non tamen phantasia, id est, actus imaginandi. Sed in isto sensu differentia nulla est. Simplicius[32] et Philoponus[33] exponunt quod in pueris

3 **85-86** omnia etiam *om. L* **91** Argyropouli *add.* et Perionii (III 30, 4) *L* **92** Philoponi *S*, Themistii (Ib.) *L* **92** 196] 194 *S* **93** «pháos»] phe. *S*, fos *L* **97** permanentiam *add.* retinet enim phantasia species permanenter, etiam absente objecto (Ib.) *L*

4 **100** debent] debet *S* **106** manerent *L*, maneret *S* **106** sensus *add.* etiam potentia (III 30, 5) *L* **106-107** in caeco *add.* salvari posse phantasiam (Ib.) *L*

3. *Fantasía.* La fantasía es un sentido interior capaz de conocer incluso todos los sensibles externos, en ausencia de ellos. Es una operación común a nosotros y a los irracionales, y por tanto hay que asignarla a un sentido. Se llama, pues, fantasía a aquella facultad que conserva las especies de las cosas percibidas por los sentidos en ausencia de éstas, y conoce abstractivamente por medio de dichas especies. Etimológicamente proviene de la palabra «luz», como aparece claro en el *texto 162,*[20] al respecto. Tal es la traducción que hace Argirópilo[21] y la exposición de Santo Tomás,[22] del Comentador,[23] de Simplicio[24] y Filópono, en *Paraphrasi.*[25] En efecto, luz se dice en griego «phos»; y como la luz hace ver los colores, de ahí deriva «phanós», esto es «aparición», que luego da «fantasía» porque hace aparecer las cosas que están ausentes. Añade Filópono[26] que se dice fantasía porque es el estado, por así decirlo, en que queda lo que aparece; por eso dice que deriva de «phanós» y «stásis», que en griego significa «permanencia». Y en este sentido interpreta también el texto.

4. Cuando Aristóteles[27] define la fantasía, la distingue previamente de lo demás, y en primer lugar de los sentidos; y por sentidos se han de entender los externos. Y establece tres diferencias entre sentidos y fantasía.

Primera: aunque ni actual ni potencialmente se dé sentido, —por ejemplo, en los sueños—, sí se da fantasía.

Objeción: en los sueños se da sentido potencialmente.

Respuesta de Temistio, en *Paraphrasi 3, cap. 11:*[28] esto ocurre condicionalmente; quiero decir que aunque no hubiera rastro de sentido, como es el caso del ciego, [habría fantasía].

Ocurre, en segundo lugar, cuando en los sueños se forja una ficción imposible; ahí no se da sentido ni actual ni potencialmente.

Aristóteles, sin embargo, añade en *tx. 156*[29] que «el sentido está siempre, pero no la fantasía». Son palabras difíciles y por eso las omite Temistio, en *Paraphrasi;*[30] pero el texto griego las trae. Explicación de Santo Tomás:[31] el sentido, esto es, la facultad sensitiva, está siempre, pero no la fantasía, esto es, el acto de la ima-

---

[20] Aristoteles, *De an.* 429 a 3sq.

[21] «cum autem visus maxime sit sensus, hinc est, quod nomen imaginatio ab ipso lumine sumpsit» (Arist., *Opera omnia, Iohanne Argyropulo interprete,* Lugduni 1549, p. 829, 17ss, tx. 162).

[22] *De an.* III, lect. 6, n. 668-

[23] *De an.* II, comm. 162: *o. c.,* f. xcij; *o. c.* (ed. Crawford), 877, 11-14.

[24] *De an.* III 162: *o. c.,* ff. xcvii^{v} sq.

[25] *De an.* III: *o. c.,* f. [87v].

[26] Cfr. in hac d. not. 25.

[27] *De an.* 427 b 14sq.

[28] *De an.* III, c. 11: *o. c.,* p. 293.

[29] *De an.* 428 a 8sq.

[30] Cfr. in hac d. not. 28.

[31] *De an.* III, lect. 5, n. 642.

est sensus exterior, non phantasia. Sed hoc est contra experientiam, nam infantuli habent insomnia et imaginationes imperfectas, sicut et sensus. Quare expositio Averrois[34] mihi placet, qui sic exponit: Sensus semper adest, scilicet obiecto suo, quia non nisi praesens cognoscit; phantasia non ita, quia etiam absens cognoscit. Unde verba illa non addunt novam differentiam, sed supra positam exprimunt.

Secunda differentia, quod sensus inest cunctis animalibus, imaginatio autem non. De [qua] quomodo intelligenda sit, infra.[35]

Tertia differentia, quod sensus semper est verus circa proprium sensibile, imaginatio saepe est falsa. De quo Aristoteles, *tx. 157.*[36]

Sed contra. Nam *tx. 161*[37] ait Aristoteles imaginationem esse veram vel falsam, quia sensus est verus vel falsus; unde falsitatem imaginationis dicit habere originem ex falsitate sensus. Quae est ergo differentia?

Respondet bene Philoponus[38] quod phantasia in cognitione simplicium sensibilium sequitur sensum, / a quo illa accipit tam in *S 196v*
veritate quam in falsitate; tamen quia haec sensibilia componit et impossibilia fingit, in hoc differt a sensu.

5. Secundo loco assignat differentiam inter phantasiam et aestimationem seu opinionem, quod opinio movet appetitum, imaginatio non ita.

Sed contra. Nam saepe imaginatio causat timorem, etiam si nulla sit opinio vel probabilitas mali eventuri, ut experientia docet. Propter quod quidam sic exponunt differentiam, quod ex opinione semper sequitur motus appetitus, ex imaginatione non semper, sed aliquando, ut si fit fortis et vehemens. Et hoc insinuat Aristoteles in exemplo de pictura.[39] Visio enim picturae per se non movet appetitum, movet autem si sit horrida. Sed dicendum quod imaginatio sola numquam movet appetitum, nisi illi misceatur opinio mali vel boni ut possibilis. Vehemens apprehensio facit considerare malum ut possibile, et tunc considerans homo, an eveniat vel non, timet.

6. Alias differentias assignat, quae in textu clarae sunt.[40]

118 Averrois *S*, Avicennae (Ib.) *L* **127** Aristoteles, tx. 157 *S*, supra in c. 10 (Ib.) *L* **129** falsitate *add.* saltem occasionaliter (Ib.) *L* **144** si sit *add.* pulchra vel (III 30, 6) *L* **145** vel boni *add.* saltem (Ib.) *L*

ginación. Pero ahí no se da ninguna diferencia. La interpretación de Simplicio[32] y Filópono[33] es que en los niños se da sentido exterior, no fantasía. Pero es contrario a la experiencia, pues los parvulitos tienen sueños e imaginaciones rudimentarias, tanto como sentidos. La interpretación de Averroes[34] es, pues, la que me satisface. Es ésta: El sentido está, efectivamente, siempre presente a su objeto, porque no conoce sino en presencia de él; no así la fantasía, porque conoce incluso en su ausencia. Por tanto, esas palabras no añaden una nueva diferencia, sino que expresan la expuesta más arriba.

Segunda diferencia: el sentido se da en todos los animales, pero no la imaginación. Después[35] diremos cómo se ha de entender ésta.

Tercera diferencia: el sentido nos da siempre la verdad de su sensible propio, la imaginación a menudo da falsedad. Véase este punto en Aristóteles, *tx. 157*.[36]

Objeción: En *tx. 161*,[37] Aristóteles dice que la razón de que la imaginación dé verdad o falsedad es que el sentido da verdad o falsedad; según estas palabras la falsedad del sentido es el origen de la falsedad de la imaginación. ¿Dónde está, por tanto, la diferencia?

Acertada respuesta da Filópono:[38] la fantasía sigue al sentido en el conocimiento de los sensibles simples, y de él recibe tanto la verdad como la falsedad; pero se diferencia del sentido en que combina dichos sensibles y finge objetos imposibles.

5. Señala además una diferencia entre fantasía y estimación u opinión: la opinión mueve al apetito, no así la imaginación.

Objeción: a menudo la imaginación causa temor, aunque no haya opinión alguna o probabilidad de que vaya a sobrevenir un mal, como enseña la experiencia. Por esta razón hay quienes interpretan la diferencia en este sentido: la opinión origina siempre una moción del apetito, la imaginación no siempre, sino a veces, por ejemplo, cuando es de una fuerte intensidad. Es lo que deja entrever Aristóteles en el ejemplo de la pintura:[39] la visión misma de la pintura no mueve el apetito, pero sí lo mueve cuando la pintura es truculenta. Mas es preciso afirmar que la imaginación por sí sola nunca mueve el apetito, si no entrevera en ella la opinión de un mal o un bien en cuanto posible. En efecto, una aprehensión intensa hace

---

[32] «Imaginatio vero illorum, quae ratione carent, hanc huiusmodi est»: *De an.* III, 161: *o. c.*, f. xcvii^{v}.
[33] *De an.* III: *o. c.*, f. [84], col., 2 (secundum discrimen).
[34] *De an.* III, comm. 156: *o. c.*, f. lxxxix^{v}: *o. c.* (ed. Crawford) 367, 28sqq.
[35] d. 8, q. 2; cfr. d. 2, q. 4.
[36] *De an.* 428 a 11sq.; a 16 sq.
[37] *Ib.* 428 b 10-17; cf. d. 6, q. 3.
[38] *De an.* III: *o. c.*, f. [84^{v}], col. 1.
[39] *De an.* 427 b 18sqq.

Tandem ponit[41] differentiam inter phantasiam, opinionem, fidem, suasionem et rationem, nam istae quattuor vel sunt idem vel sese comitantur, quia ubi est opinio ibi est —vel potest esse— fides et suasio et ratio; phantasia autem potest sine his omnibus esse.

7. Ex his omnibus concludit definitionem phantasiae, scilicet «est motus factus a sensu in actu»,[42] ubi potius definit actum quam potentia; ubi illa definitio convenit sensui in communi, nisi sub sensu in actu etiam sensum communem comprehendas, ut Philoponus exposuit.[43] Sed forte id non est necessarium, quia istae duo non sunt duae potentiae distinctae.

Clarius ergo definitur phantasia, ut sit potentia quae species sensibilium externorum recipit et conservat, et per illas operatur in absentia obiectorum.[44]

Alias definitiones tradit Commentator, *tx. <160>*;[45] Albertus, *3 De Anima, tract. 1, cap. 8*;[46] Cicero, *1 Academicarum Quaestionum*.[47]

8. *Imaginatio*. Imaginatio est idem cum phantasia, solum addit virtutem componendi sensibilia et fingendi impossibilia.

9. *Aestimativa*. Aestimativa dicitur quidam sensus interior potens apprehendere rem sub ratione convenientis et disconvenientis, quae communiter dicitur sub ratione insensata.

Ista operatio communis est omnibus animalibus et nullius sensus externi propria; ergo alterius sensus interioris, / cuius munus est *S 197* movere et dirigere appetitum sensitivum. Ille enim non movetur, nisi a ratione convenientis et disconvenientis, et ideo illa potentia aestimativa dicitur, quia a rebus ipsis aliud aestimat quam in rebus apparet.

10. *Cogitativa*. Cogitativa a multis putatur esse ⌊potentia quaedam sensitiva⌋ hominis, potens ratiocinari circa particularia et componere et dividere. Sed haec virtus ⌊excedit⌋ limites partis sensitivae, ut supra[48] ostensum est. Et ideo cogitativa nihil aliud significat quam ipsamet po-

7 **162** 160] 106 *SL*

8 **165** sensibilia *S*, possibilia (III 30, 7) *L*

9 **170** ergo... interioris *om. L* **170** 197] 195 *L* **171** appetitum *S*, appositum (Ib) *L*

10 **175-176** potentia... sensitiva] potentiam quamdam sensitivam *S* **177** excedit *L*, excludit *S*

que se considere el mal como posible, y entonces el hombre teme al no saber si sobrevendrá o no.

6. Señala otras diferencias que no son claras en el texto.[40]

Finalmente, establece[41] diferencia entre fantasía, opinión, fe, persuasión y razón: las cuatro últimas o son lo mismo o se cortejan, porque donde está la opinión, allí está —o puede estar— la fe, la persuasión y la razón; en cambio la fantasía puede estar sin todas ellas.

7. De todo ello deduce la definición de fantasía: «Es un movimiento producido por el sentido en acto.»[42] Es ésta una definición más bien del acto que de la facultad, una definición aplicable además al sentido común, a no ser que por sentido en acto se entienda también el sentido común, como interpretó Filópono·[43] Pero quizás no haya necesidad de ello, porque no se trata de dos facultadas distintas.

He ahí, en definitiva, la definición más clara de fantasía: la facultad que recibe y conserva las especies de los sensibles externos y por medio de ellas actúa en ausencia de los objetos.[44]

Otras definiciones se encuentran en el Comentador, *tx. 160;*[45] Alberto, *3 De Anima, tract. 1, cap. 8;*[46] Cicerón, *1 Academicarum Quaestionum.*[47]

8. *La imaginación.* imaginación es casi lo mismo que fantasía, sólo añade la capacidad de combinar los sensibles y fingir los imposibles.

9. *La estimativa.* Se entiende por estimativa un sentido interior capaz de aprehender una cosa bajo el aspecto de conveniencia o disconveniencia, aspecto que suele entenderse comúnmente como no-sensado.

Es una operación común a todos los animales y no privativa de un sentido externo; luego lo ha de ser de otro sentido que sea interior, cuya función es mover y dirigir el apetito sensitivo. En efecto, no se mueve si no es por un aspecto de conveniencia o disconveniencia. Por esta razón se llama a dicha facultad estimativa: partiendo de las cosas mismas estima un aspecto distinto del que aparece en las cosas.

10. *La cogitativa.* Opinan muchos que la cogitativa es una facultad sensitiva del hombre con capacidad para hacer raciocinios sobre datos concretos, combinar y dividir. Pero tal virtualidad excede los límites del plano sensitivo, como quedó demostrado más arriba.[48] Por tanto, cogitativa no indica sino la facultad misma

---

[40] *Ib.* 428 a 12-18.
[41] *Ib.* 428 a 18-b 10.
[42] *Ib.* 428 b 13 sq.
[43] *De an.* III: *o. c.*, f. [86]sq.
[44] Cfr. supra, n. 3. *Phantasia.*
[45] *De an.* II. *o. c.*, f. xc^{v}; *o. c.* (ed. Crawford), 372sq.
[46] *o. c.*, t. 5, pp. 326s.
[47] I 40. Cfr. *Ib.* II 18.112.
[48] d. 5, q. 6 (3ª concl.), n. 12.

tentiam sensitivam interiorem discernentem inter conveniens et disconveniens, prout speciali modo in homine existit; et in illo habet maiorem aliquam perfectionem, quia non tantum ex instinctu naturae ducitur, sed etiam ex maiori cognitione et experientia, et saepe etiam a ratione dirigitur.

11. *Memoria.* Memoria ab Aristotele, *De memoria et reminiscentia, cap. 1,*[49] dicitur quaedam potentia quae cognoscit praeterita ⌊ut iam⌋ cognita. Sed specialiter ab aliquibus dicitur memoria quaedam potentia potens cognoscere idem quod aestimativa, tamen in absentia obiectorum. Cognoscit enim brutum rem sub ratione convenientis vel disconvenientis, licet illam praesentem non habeat, ut canes dormientes saepe latrant, propter similem apprehensionem.

12. *Reminiscentia.* Reminiscentia dicitur quaedam potentia quae rerum praeteritarum memoratur, non simplici modo, sed cum quadam imaginatione, et quasi discursu.

Propter quod multi putant hanc virtutem non pertinere ad virtutes sensitivas, sed ad intellectum. Quod videtur insinuare Aristoteles, in principio *De memoria et reminiscentia,*[50] dicens quod qui praestant ingenio, praestant et reminiscentia, qui autem hebetes ingenio sunt, solent memoria praestare.

Tamen, ibidem, Aristoteles, *cap. 2,*[51] aperte docet esse virtutem sensitivam; quod etiam a signo probat, nam cum quis conatur per reminiscentiam indagare lassatur, et si <cessat> indagare, solet obiter invenire quod discurrendo non potuit invenire. Sed hoc signum fallax ⌊est⌋, nam ad hoc satis est concomitantia quae invenitur inter opera intellectus et sensus.

Quare i u d i c o reminiscentiam potissime fieri ab intellectu, saltem ad discursum et compositiones, quae illi admiscentur, quia

11 **185** ut iam *L*, etiam *S* **190** similem *add.* cognitionem et (Ib.) *L*

12 **195** ad intellectum *add. in margine a. m.* ... [?] reminiscentia et recordatio dubitat Fonseca, 1 Metaphysicae, cap. 1 [*o. c.*, t. 1, col. 50 l]... [?] utrum sint idem, et respondet quod «reminiscentia semper est cum raciocinatione discurrente ex his quae novit ad ea in mentem revocanda, quae memoriae non occurrunt; recordatio autem dicitur de quovis memorandi actu, etiam simplici et sine discursu, sed quia recordationis nomen per se videtur [ferre liberam quamdam praeteriti recognitionem quae non est in brutis animantibus]» *S* **196-197** qui... reminiscentia *om. L* **201** cessat] sat *S* **203** est *L*, *om. S*

sensitiva que discierne entre lo que es conveniente y disconveniente, tal como se da específicamente en el hombre. En él adquiere una mayor perfección, porque no sólo se ve guiada por el instinto natural, sino también por un mayor conocimiento y experiencia, y a menudo también está dirigida por la razón.

11. *La memoria.* Aristóteles, en *De memoria et reminiscentia, cap. 1,*[49] define la memoria como aquella facultad que conoce lo pasado como ya conocido. Pero algunos definen de modo peculiar la memoria como aquella facultad con capacidad para conocer lo mismo que la estimativa, pero en ausencia de los objetos. El animal, en efecto, conoce la cosa bajo el aspecto de conveniencia o disconveniencia, aunque no la tenga presente. Los perros, por ejemplo, mientras duermen, ladran a menudo porque aprehenden la imagen.

12. *La reminiscencia.* Se llama reminiscencia a la facultad que recuerda las cosas pasadas, pero no sin más, sino haciendo una cierta indagación a manera de raciocinio.

Ésta es la razón por la que muchos piensan que esta capacidad no se inscribe entre las capacidades sensitivas, sino en el entendimiento. Es lo que parece dar a entender Aristóteles, al principio del *De memoria et reminiscentia,*[50] cuando dice que quienes descuellan por su talento, descuellan también por su reminiscencia, pero quienes son tardos de talento suelen descollar por su memoria.

No obstante, en ese mismo lugar enseña abiertamente Aristóteles, *cap. 2,*[51] que es una capacidad sensitiva. Hay también un signo que eleva él a prueba: cuando alguien se esfuerza en indagar por medio de la reminiscencia, queda fatigado; y si cesa en su indagación, suele salirle al paso lo que no puede encontrar mediante raciocinio. Pero éste es un signo engañoso: el fenómeno se explica suficientemente por la concomitancia que existe entre las acciones del entendimiento y del sentido.

En conclusión, estimo que la reminiscencia compete sobre todo al entendimiento, por lo menos en lo tocante al raciocinio y combinaciones que en ella se entreveran. Pero como el sentido acompaña siempre al entendimiento, al discurrir el entendimiento por diversos lugares y tiempos lo acompaña también el sentido; y aquella indagación, que acaece en el sentido, no por raciocinio en sentido estricto, sino por una sucesión de aprehensiones, pasando de una a otra, puede denominarse reminiscencia y operación del sentido, con dependencia del raciocinio previo del entendimiento.

---

[49] 449 b 24sq.
[50] 449 b 7 sq.
[51] 451 a 18-143 b 11 (passim).

vero sensus semper comitatur intellectum, ideo quando intellectus discurrit per diversa loca et tempora, sensus etiam comitatur, / et illa *S 197v* indagatio, que fit in sensu, non per proprium discursum, sed per quamdam succesionem apprehensionum, ab una in aliam procedendo, dici potest reminiscentia et operatio sensus, pendens a praevio discursu intellectus. Et ideo dixit Aristoteles[52] quod quando pollent ingenio, pollent reminiscentia, nam facile discurrunt.

13. His suppositis, circa quaestionem propositam variae sunt sententiae:

Q u i d a m dicunt et ponunt tantum d u o s sensus interiores distinctos, diverso tamen modo, nam aliqui volunt sensum communem esse unam potentiam per se, phantasiam vero esse aliam, cum qua identificantur memoria, aestimativa, etc. Ita opinatur Perezius, hoc libro, *cap. 3, q. 1;*[53] citat in eam sententiam Turisanum, *lib. 2 In artem Galeni, comm. 17;*[54] et Venetus, hic.[55]

A l i i vero dicunt sensum communem et phantasiam esse unam potentiam, aestimativam vero et memoriam esse aliam distinctam. Hanc opinionem tenet Marcellus, *lib. 4 suarum Traditionum.*[56]

T e r t i a opinio est ponentium ⌊tres⌋ potentias interiores, nempe phantasiam —quam dicunt esse idem cum sensu communi—, cogitativam —quam rationem ⌊vocant— et memoriam⌋. Tenet Galenus, *lib. De differentiis symptomatum, cap. 3;*[57] Nysenus, *4 De viribus animae, cc. 6* et *7;*[58] Damascenus, *lib. 2 De fidei, cc. 17* et *20;*[59] Nemesius, *De natura hominis, cap. 6;*[60] Valles, *lib. 2 Controversiarum.*[61]

Sed oportet hic a d v e r t e r e quod Galenus per rationem ipsum intellectum intelligit, quem putat esse potentiam organicam, ut patet ex *7 De placitis, cap.* <3>,[62] ubi ait quod cerebrum habet in se munus, <ut> «imaginationem, memoriam intellectionemque» efficiat. Non est autem intelligendum alios auctores scholasticos in hoc sensu sequi illum, sed forte per rationem intelligunt ipsam cogitativam.

13 **225** tres *L*, duas *S* **227** vocant... memoriam *L*, quam rationem et memoriam vocant *S* **227** memoriam *add. in margine a. m.* Toletus, 3 De Anima, q. 6, concl. 1 [c. 3. tx. 161: *o. c.* f. 129[v], col. 1], assignat tres tantum hoc [modo]: «Sensus communis, aestimatio seu imaginatio et memoria.» Valde imaginationem et phantasiam non separat ab aestimatione, «sed tantum —inquit— virtus est, quae elicit species non sensatas cum ea quae in absentia obiectorum ipsa percipit, speciesque connectit.» Haec ille. *S* **233** 3] 4 *SL* **234** ut] et *S* **235** scholasticos *S*, catholicos *L* **236** cogitativam *add.* quae a plerisque ratio particularis nuncupatur (III 30, 8) *L*

Por esta razón dijo Aristóteles[52] que quienes descuellan por su talento, descuellan por su reminiscencia, puesto que el discurrir les es fácil.

13. Hechas estas salvedades, son varias las opiniones sobre la cuestión propuesta.

Hay quienes admiten y establecen sólo dos sentidos interiores distintos, pero lo explican de diversa manera. Unos, en efecto, quieren que el sentido común sea por sí sólo una facultad, y la fantasía por su parte otra, identificada con la memoria, la estimativa, etc. Es la opinión de Pérez al tratar de este tema, *cap. 3, q. 1;*[53] cita en su favor a Turisano, *lib. 2 In artem Galeni, comm. 17.*[54] También Véneto, al estudiar este punto.[55]

Pero otros dicen que el sentido común y la fantasía constituyen una única facultad y que en cambio la estimativa y la memoria constituyen otra facultad distinta. Es la opinión que sostiene Marcelo en el *lib. 4* de sus *Traditiones.*[56]

Hay una tercera opinión: la de aquéllos que establecen tres facultades interiores: la fantasía —que dicen identificarse con el sentido común—, la cogitativa —que llaman razón— y la memoria. Así Galeno en *lib. De differentiis symptomatum, cap. 3;*[57] Gregorio Niseno en *4 De viribus animae, cc. 6* y *7;*[58] Damasceno en *lib. 2 De fide, cap. 17* et *20;*[59] Nemesio en *De natura hominis, cap. 6;*[60] Valles en *lib. 2 Controversiarum.*[61]

Pero conviene advertir aquí que Galeno entiende por razón el entendimiento mismo, al que tiene por una facultad orgánica, como resulta evidente por su obra *7 De placitis, cap. 4,*[62] en donde dice que la función propia del cerebro es producir «la imaginación, la memoria y la intelección». Pero no es pensable que haya autores escolásticos que sigan a Galeno en esta línea; lo que quizás entiende por razón es la cogitativa misma.

---

[52] *De mem. et rem.* 449 b 7sq.
[53] *o. c.*, f. 326.
[54] *o. c.*, ff. 45 sq.
[55] *De an.* II, comm. 161s. [1]: *o. c.*, f. 126v, col. 1.
[56] cc. 19s.: *o. c.*, ff. 197vsq.
[57] *o. c.*, 3ª Cl., f. 11 D.
[58] Ps. Gregorius Nyssenus (=Nemesius), *De nat. hom.*, cc. 6.12.13: *PG* 40, 632ss, 659-665.
[59] *De fide orthodoxa*: *PG* 94, 934.938sq.
[60] *PG* 40, 631ss.
[61] c. 22: *o. c.*, f. 35vsq.
[62] *o. c.*, 1ª Cl., f. 268v G: «... imaginationem, memoriam, intellectionem cogitationemque causet».

Q u a r t a opinio quattuor distinguit sensus interiores, nempe sensum communem, phantasiam, aestimativam seu cogitativam et memoriam. Tenet D. Thomas, *1 p., q. 78, a. 4*; et *q. De Anima, a.*⌊*13*⌋;[63] *opusc. 43, cap.* ⌊*4*⌋[64] et schola illius. Idem Averroes, *3 De Anima, tx. 6*;[65] Iandunus, *2 De Anima, q. 37*;[66] et alii. Et haec est communis sententia.

Q u i n t a opinio ponit quinque sensus interiores: quattuor dictos et praeterea imaginativam, quam ponunt esse potentiam distinctam a phantasia. Tribuitur Avicennae, *fen 1 [can.], doctr. 6, cap. 5*.[67] Tenet Albertus, *Summa de homine, tract. De imaginatione*,[68] *2 De Anima, tract. 4, cap. 7*,[69] et *lib. 3, tract. 1*.[70]

S e x t a opinio ponit sex sensus interiores, nempe quinque distinctos et reminiscentiam, quam ponit a memoria distinctam.

14. / *Contra primam opinionem.* Inter has opiniones, prima sine suffi- *S 198*
cienti fundamento loquitur, nam, ut videbimus,[71] qua ratione distingueretur ⌊communis⌋ sensus a phantasia, eadem esset ⌊distinguenda⌋ ab aliis.

Fundamentum secundae. Secunda habet probabile fundamentum, quod coincidit cum quarto.

Fundamentum tertiae. Tertia solum fundatur in quadam experientia desumpta ex infirmitate, non tamen procedit ex propriis fundamentis, nempe ex obiectis et actibus distinguendo potentias, et ideo non placet. Fundamentum autem eius solvetur quaestione sequenti.[72]

Fundamentum quartae. Quarta ergo opinio, quae inter citatas est probabilior, duplex habet fundamentum:

P r i m u m est cognitionem sensitivam, aliam fieri per species sensatas, aliam per insensatas, et potentias cognoscentes per illas esse diversas, nam potentiae cognoscentes per species sensibiles diversarum rationum diversae sunt.

Et c o n f i r m a t u r. Nam iudicium practicum et speculativum sunt actus diversi pertinentes ad diversas potentias; sed potentia

239 a. 4 *om. L* **239** 13 *L*, 3 *S* **240** 4 *L*, 8 *S* **241** sententia *add. in margine a. m.* Capreolus [¡], Caietanus [*Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 78, a. 4) ed. Leonina, passim], Ferrariensis [?], Viguerius, cap. 1. n. 8 [*Inst. ad christianam theologiam: o. c.*, pp. 22 sq.], Veracruz, 2 Animae, specul. 3 [*o. c.*, pp. 377-381], [...?] **244** 5] 65 *L* **246** et... 1 *om. L*

14 **249** 198] 196 *S* **251** communis *L*, *om. S* **251** distinguenda *L*, distinguendum *S* **256** infirmitate *S*, medicina (III 30, 9) *L* **257-258** et... placet *om. L*

Hay una cuarta opinión que distingue cuatro sentidos interiores: el sentido común, la fantasía, la estimativa o cogitativa y la memoria. Así Santo Tomás en *1 p., q. 78, a. 4* y en *q. De Anima, a. 13,*[63] *Opusc. 43, cap. 4*[64] con sus escolios. También Averroes en *3 De Anima, tx. 6;*[65] Jandún, *2 De Anima, q. 37,*[66] y otros. Y ésta es la opinión comúnmente admitida.

Una quinta opinión establece cinco sentidos interiores: los cuatro ya mencionados, más la imaginativa, que tienen por facultad distinta de la fantasía. Se atribuye a Avicena en *fen. 1.1, doctr. 6, cap. 5.*[67] La sostiene Alberto en *Summa de homine, tract. De imaginatione;*[68] *2 De Anima, tract. 4, cap. 7*[69] y *lib. 3, tract. 1.*[70]

Una sexta opinión establece seis sentidos interiores: los cinco diversos antedichos y la reminiscencia que distinguen de la memoria.

14. *Insuficiencia de la primera opinión.* Entre estas opiniones la primera habla sin suficiente fundamento. En efecto, como veremos,[71] si se distinguiese el sentido común de la fantasía, por la misma razón habría que distinguirla de las otras facultades.

Fundamento de la segunda opinión. El fundamento de la segunda tiene visos de probabilidad y viene a coincidir con el de la cuarta.

Fundamento de la tercera opinión. La tercera tiene como único fundamento la experiencia tomada de la enfermedad. Pero no arranca de sus propios fundamentos, esto es de los objetos y de los actos para distinguir facultades. Por eso no me satisface. En la cuestión siguiente[72] se dará respuesta a su fundamento.

Fundamento de la cuarta opinión. La opinión cuarta, que es la que ofrece entre las mencionadas mayores visos de probabilidad; tiene un doble fundamento.

Primero: el conocimiento sensitivo interior lo producen unas veces las especies sensadas, otras las no-sensadas, y las facultades que conocen por ellas son diversas, pues las facultades que conocen por especies sensibles de distinto tipo son diversas.

Confirmación: el juicio práctico y el especulativo son actos diversos que competen a facultades diversas. Pero la facultad que conoce por especies sensadas conoce especulativamente sin miras a un acercamiento o a una huída; en cambio,

---

[63] *q. De an.*, a. 13 (a. 3 *S*).
[64] op. 43 in ed. Romana.
[65] *o. c.*, ff. xcviij^{v}: *o. c.* (ed. Crawford) 416, 71-74.
[66] *o. c.*, f. 53 b A.
[67] *o. c.*, fen. 1, 1 can., doctr. 6, cap. 5 (fen 1ª 2ª doctrina 6, c. 5 *S*).
[68] q. 37, a. 1, ad 2: *o. c.*, t. 35, p. 326. fr. *Ib.*, q. 38, a. 1, ad 1-5: *o. c.*, t. 35, p. 331
[69] *o. c.*, t. 6, pp. 302 sqq.
[70] cc. 1 et 3. *o. c.*, t. 5, pp. 316.318 sq.
[71] Cfr. infra (1.ª conclusio), n. 17.
[72] d. 8, q. 2.

cognoscens per species sensatas cognoscit speculative, sine ordine ad prosecutionem vel fugam; cognoscens vero per species insensatas practice iudicat esse fugiendum, etc. quia cognoscit sub ratione convenientis vel disconvenientis.

S e c u n d u m fundamentum est quod in potentiis sensitivis potentia cognoscens in praesentia obiecti et in absentia sunt distinctae.

P r o b a t u r. Nam potentia cognoscens in praesentia debet esse facile immutativa et apprehensiva, cognoscens vero potentia in absentia debet esse conservativa et retentiva specierum; ista autem duo non possunt convenire eidem potentiae materiali, nam facilis apprehensio in corporalibus provenit ex humiditate, retentio ⌊vero⌋ ex siccitate; quae duo non possunt praedominari in organo eiusdem potentiae; ergo.

Et c o n f i r m a t u r ex illa maxima «Quae in superioribus sunt unita, etc.»

Ergo ex his fundamentis clare colligitur opinio D. Thomae,[73] nam ad cognoscendum intuitive per species sensatas omnium ⌊sensuum⌋ requiritur unus sensus interior, qui est sensus communis; ad cognoscendum vero abstractive per easdem species requiritur aliud ex secundo fundamento, et hoc est phantasia; ad cognoscendum vero intuitive per species insensatas est necessarius alius sensus, ex primo fundamento, et hoc est aestimativa seu cogitativa; ad cognoscendum vero abstractive per easdem ⌊illas species⌋ est necessarius alius, ex secundo fundamento, et hoc est memoria.

Q u i n t a vero opinio praeter omnia consideravit duplicem cognitionem / sensibilium in nobis inventam: aliam simplicem, quae *S 198v*
est phantasia propria, aliam vero compositam seu imaginariam, qua fingimus montem aureum. Et ad hanc operationem addit quintam potentiam.

Et consimili ratione s e x t a opinio addit sextam propter diversum modum memorandi in reminiscentia.

277 in corporalibus *om. P2* 277 vero *L, om. SP2* 278 in organo *S*, id organum *P2* 281 unita *add.* in inferioribus dividuntur, quare etc. *L*, ratione in inferioribus debent esse diversa [f. 292v, lin. 3 sq.] *P* 283 omnium *add.* externorum (III 30, 10) *L* 283 sensuum *L*, sensum *S* 289 illas species *L, om. S* 290 memoria *add.* ergo etc. Et hinc colliges quantum valeat fundamentum secundae opinionis, quod in hac quarta primum fuit. (Ib.) *L* 294 aureum *add.* chimaeram et similia (III 30, 10) *L*

la que conoce por especies no-sensadas, formula un juicio práctico: hay que huir, etc. La razón es que conoce bajo el aspecto de conveniencia o disconveniencia.

Segundo fundamento. Tratándose de facultades sensitivas la que conoce en presencia del objeto es distinta de la que conoce en ausencia.

Prueba: La facultad que conoce en presencia ha de ser fácilmente impresionable y aprehensora, en cambio la que conoce en ausencia ha de ser conservadora y retentora de especies. Ahora bien, estos dos extremos no pueden ser aplicables a una misma facultad material, porque la facilidad de aprehensión en los objetos corporales tiene su origen en la humedad, la retención, en cambio, en la sequedad; caracteres éstos dos que no pueden tener su asiento en el órgano de una misma facultad.

Lo confirma el conocido axioma: «La unión en los niveles superiores, etc.»

Por tanto, a partir de estos fundamentos se impone con claridad la opinión de Santo Tomás.[73] En efecto, el conocimiento intuitivo por especies sensadas de todos los sentidos exige un mismo sentido interior, que es el sentido común; pero el conocimiento abstractivo por esas mismas especies exige otra cosa en virtud del segundo fundamento, y es la fantasía. En cambio, el conocimiento intuitivo por especies no-sensadas está pidiendo otro sentido, en virtud del primer fundamento: tal es la estimativa o cogitativa; pero el conocimiento abstractivo por esas mismas especies está pidiendo uno más en virtud del segundo fundamento: tal es la memoria.

La opinión quinta lo que ante todo ha tenido en cuenta ha sido el doble conocimiento que se da en nosotros: uno simple, que es privativo de la fantasía, y otro con elementos combinados o de la imaginación, como cuando fingimos un monte de oro. Y para esta operación añade una quinta facultad.

Por una razón semejante la opinión sexta añade una sexta facultad: en la reminiscencia se da una manera diversa de recordar.

[73] Cfr. 1 p., q. 78, a. 4 et in hac q. not. 63 et 64

15. *Primum fundamentum ad conclusionem.* Pro decisione veritatis est notandum quod sensus interni {non sunt multiplicandi per hoc quod unus possit plura quam alius, sed per hoc quod unus non potest afficere actum alterius}, nec e contrario, nam si ponuntur duo sensus interni, quorum unus potest quidquid alius et plura, superflue ponitur ille quae pauciora potest; et ideo ad operationes incompossibiles eidem potentiae est respiciendum, et quot fuerint huiusmodi operationes, tot multiplicare internos sensus, et non plures neque pauciores.

Dices: Ergo superflue ponuntur sensus exteriores, nam quidquid illi possunt, potest interior; ille ergo sufficit.

Item, quia immaterialis est et ⌊subtilitatem⌋ habet / ad dividendum coniuncta et penetrandum quid sit unicuique ⌈proprium⌉./ P 361 S 219v

Et tandem, quia incorruptibilis est, potest incorruptibili modo res universales concipere.

19. *An universale fiat per abstractionem an per comparationem.* Quinta conclusio quae ex dictis resolvitur est, quomodo universale fiat ab intellectu, an per abstractionem, an ⌈vero⌉ per comparationem. Quae quaestio versari solet ⌈latissime⌉ in principio *Logicae,* sed immerito, nam ibi multis etiam verbis intelligi non potest, hic vero facile potest resolvi.

Est enim notandum quod natura universalis quae ab intellectu concipitur, in rebus ipsis invenitur, et a parte rei habet universalitatem quamdam, quae consistit in unitate formali eiusdem naturae existentis in multis. Quapropter natura sub hac universalitate non fit, sed cognoscitur ab intellectu; haec autem universalis natura a parte rei non subsistit abstracta ab individuis, sed est facta particularis; intellectus autem cognoscit illam ⌊abstracte⌋, cognoscendo scilicet solam naturam sine individuis.

20. In hac autem natura sic abstracta duo possunt considerari: Primum est essentia ipsius naturae; secundum est modus essendi quem in intellectu habet, scilicet esse abstractam. Primum est realiter in ipsa natura et cognoscitur ab intellectu directa cognitione, quae solet dici prima intentio seu conceptus formalis. Et natura sic abstracta solet dici ⌊prima⌋ intentio obiectiva. Secundum vero non est realiter in ipsa natura, quia —ut diximus—[123] natura realiter non est abstracta; nec etiam est aliqua secunda intentio seu relatio rationis, quia entia rationis non sunt, nisi dum cognoscuntur; ⌊quando⌋ autem natura abstracta primo concipitur nullum ens rationis ab intellectu

1154 subtilitatem *PL,* subsistens *S* **1155** proprium *PL, om. S*

19 **1158** An *praem.* Dubium 5m [V *L*] **1160** vero *PL, om. S* **1161** latissime *PL, om. S* **1162** vero *SL,* autem *P* **1165** invenitur *S,* concipitur *P* **1166** formali *SP, om. L* **1170** abstracte *PL,* abstractam *S*

20 **1173** ipsius naturae *SP, om. L* **1173** (secundum) est *om. P* **1175** natura *add.* seu ipsa ex natura (IV 3, 21) *L* **1177** prima *PL,* vel (?) *S* **1177** obiectiva *add.* sive obiectivus conceptus (Ib) *L* **1178** ipsa *SL, om. P* **1179** nec *S,* neque *PL* **1179** etiam *S,* tamen *L, om. P* **1179** est *SL, om. P* **1180** quando *PL,* quomodo *S*

Y otra razón: la abstracción es inmaterial y de una sutileza capaz de dividir los aspectos que están unidos y de llegar al fondo de lo que es privativo de cada uno.

Y finalmente, por ser incorruptible puede concebir de modo incorruptible las cosas universales.

19. *¿El universal resulta por abstracción o por comparación?* La quinta cuestión, que viene ya resuelta por la investigación anterior, es cómo el entendimiento elabora el universal, si por abstracción o más bien por comparación. Es una cuestión que suele tratarse con gran amplitud al comienzo de la Lógica, pero sin provecho, porque allí no se puede entender por muchas palabras que se empleen, mientras que aquí admite fácil solución.

Obsérvese que la naturaleza universal que concibe el entendimiento se encuentra en las cosas mismas y que posee en la realidad una cierta universalidad consistente en la unidad formal de una misma naturaleza que se da en muchos. El entendimiento, pues, no elabora la naturaleza con esa universalidad, sino la conoce. Pero esta naturaleza universal no subsiste en la realidad abstraída de los individuos, sino en su concreta verificación. Pues bien, el entendimiento la conoce de modo abstracto, es decir, conoce la naturaleza sola sin los individuos.

20. En esta naturaleza así abstraída pueden considerarse dos conceptos: el primero es la esencia de la naturaleza misma; el segundo es el modo de ser que tiene en el entendimiento, es decir, el ser de abstraída. El primer aspecto se da realmente en la naturaleza misma y lo conoce el entendimiento con un conocimiento directo, que suele denominarse intención primera o concepción formal. La naturaleza así conocida suele denominarse primera intención objetiva. Pero el segundo aspecto no se da realmente en la naturaleza misma, porque, como dijimos,[123] la naturaleza realmente no se da abstraída. Tampoco es una segunda intención o relación de razón, porque los entes de razón no tienen más existencia que la de ser conocidos. Ahora bien, al formarse el primer concepto de la naturaleza abstraída, el entendimiento no conoce ningún ente de razón. Luego entonces no se da ningún ente de razón en virtud del cual se pueda decir abstraída la naturaleza.

[123] Cfr. supra (ad primum), lin. 1091 sqq.

cognoscitur; ergo tunc nullum ens rationis est a quo natura dicatur abstracta. Dicitur ergo abstracta denominatione extrinseca ab actu intellectus, in quo abstracta repraesentatur et per quem abstracta cognoscitur, sicut res dicitur visa vel cognita denominatione extrinseca.

21. Cum ergo in natura ⌊abstracte⌋ cognita duo sint, ⌊scilicet⌋ natura et abstractio naturae, intellectus directa operatione / *P 361v* cognoscit naturam ipsam, tamen quia virtutem habet reflectendi, non sistit in cognitione naturae, sed ulterius transit et considerat modum quem illa natura habet, et ab ipso intellectu est cognita, et invenit illam denudatam ab omni contractione, et illam denudationem quasi formam quamdam in illa natura considerat, ratione cuius ⌊respicit⌋ illa natura plura ⌈inferiora⌉ a quibus est abstracta. Et haec vocatur notitia comparativa, seu secunda intentio formalis; natura vero, ut sic cognita, vocatur secunda intentio obiectiva. Est enim haec vis / *S 220* intellectus nostri, quod quando invenit rem aliquam denominatam ab aliquo extrinseco, ad perfecte comprehendendam denominationem illam, ita eam fingit ac si in re denominata esset forma aliqua illam denominans; et hoc modo innumeras fingit relationes rationis, ut relationem creatoris in Deo, relationem visi in pariete. Et idem fit in praesenti.

22. Ex his ergo constat triplicem posse considerari universalitatem in natura:

Prima est quae a parte rei dicitur universalis.

Alia est quam habet ab intellectu per extrinsecam denominationem et abstractionem, per quam ipsa natura repraesentatur ut communis ⌈et indifferens⌉ multis.

Tertia est universalitas relationis, quae est quasi applicatio illius secundae universalitatis ad naturam ipsam, ac si in illa existeret realiter.

Et natura primo modo solet dici universale physicum, quia ut sic est subiecta motui et accidentibus sensibilibus.

1182 quo *SL*, qua *P* **1183** ergo *S*, autem *P* **1185** cognita *SL*, amata *P*

21 **1186** abstracte *PL*, abstracta *S* **1186** scilicet *P*, vel (?) *S* **1188** in *add.* ea directa (Ib) *L* **1189** ulterius *S*, ultra *PL* **1189** quem *SPL*, quae *V* **1190** ab ipso intellectu *SP*, *om.* *L* **1190** illam *S*, eam *P* **1192** respicit *PL*, respicitur *S* **1193** inferiora *P*, *om.* *SL* **1195** 220] 218 *S* **1200** praesenti *S*, proposito *PL*

22 **1206** et indifferens *PL*, *om.* *S* **1206** multis *om.* *PL*

Se dice, por tanto, abstraída en virtud de una denominación extrínseca proveniente del acto del entendimiento, en el que se representa así abstraída; al igual que una cosa se dice vista o conocida en virtud de una denominación extrínseca.

21. Por tanto, al darse en una naturaleza conocida por abstracción dos aspectos —la naturaleza y la abstracción de la naturaleza—, el entendimiento conoce en acción directa la naturaleza misma. Pero como posee capacidad de reflexión, no se detiene en el conocimiento de la naturaleza, sino que va más allá y considera la modalidad que esa naturaleza tiene en cuanto conocida en el entendimiento mismo, y la encuentre despojada de toda contracción concreta; considera tal despojamiento a manera de forma que se da en esa naturaleza, en virtud de la cual dicha naturaleza es respectiva a los diversos inferiores de los que está abstraída. Es lo que se llama noticia comparativa o segunda intención formal. En cambio, la naturaleza, en cuanto conocida de esta manera, se llama segunda intención objetiva. Tal es, en efecto, la eficacia de nuestro entendimiento: cuando encuentra una cosa afectada por una denominación extrínseca, con el fin de lograr una perfecta comprensión de tal denominación la finge como si en la cosa denominada se diese una cierta forma que la denomine. De esta manera finge multitud de relaciones de razón, como la relación de Creador en Dios, la relación de visto en la pared. Lo propio ocurre en nuestro caso.

22. Por esta explicación se ve que cabe considerar una triple universalidad en la naturaleza:

La primera es aquella por la que se dice universal en las cosas mismas.

La otra es la que le viene del entendimiento por denominación extrínseca y abstracción, mediante la cual la naturaleza misma queda representada como común e indiferente a muchos.

La tercera es la universalidad de razón, que es como la aplicación de esa segunda universalidad a la naturaleza misma, como si existiera realmente en ella.

La naturaleza en su primera modalidad suele denominarse universal físico, porque está en cuanto tal sometida al movimiento y a los accidentes sensibles.

S e c u n d o modo solet dici universale metaphysicum.

T e r t i o modo universale logicum, quamvis haec nomina non sint omnino necessaria, nam etiam prima universalitas potest ⌜optime⌝ dici metaphysica, quia a metaphysico consideratur, et quia in rebus metaphysicis abstrahentibus a ⌞materia⌟ secundum esse reperitur. S e c u n d a etiam universalitas, quamvis metaphysica dicatur, quia ad metaphysicum pertinet inquirere an natura abstracta sit a parte rei necne, tamen etiam potest physica dici, quia cum illa abstractio sit opus intellectus, physicus, agens de operibus intellectus, tenetur etiam de illa abstractione agere; quod etiam logico incumbit, ea ratione qua opera intellectus considerat et denominationes quae in rebus proveniunt ab actibus intellectus, sicut considerat rationem praedicati, etc. Universale vero ⌞t e r t i o⌟ modo logicum dici solet, quia communiter censetur dialecticum praecipue agere de entibus rationis, sed vere *P 362* proprium est ⌞metaphysici⌟, / nam metaphysici est entia rationis a realibus distinguere et illorum entitatem investigare; dialectici vero id non est proprium, quin potius nimis extrinsecum primario ⌞fini⌟ illius.

23. Sed quiquid sit de nominibus, et illis utendo ut plures, ⌜ex dictis patet solutio quaestionis quae in <triplici> conclusione consistit⌝.

24. P r i m a c o n c l u s i o: Univerale primo modo non fit ab intellectu, sed supponitur cognitioni illius. Haec alio loco[124] est probata, et iterum probanda. /

25. S e c u n d a c o n c l u s i o: Universale secundo modo fit per *S 220v* abstractionem intellectus.

1212 Secundo *add.* vero *P* **1213** Tertio *add.* autem *P* **1214** optime *PL, om. S* **1216** materia *PL,* modo *S* **1223** praedicati *add.* subiecti *PL* **1224** tertio *PL,* 2º (!) *S* **1225** censetur *add.* artificem *L* **1226** metaphysici *L,* metaphysicae *P,* metaphysicus *S* **1226** nam *S,* natura (!) *P* **1226** metaphysici *S,* metaphysica *P* **1227** dialectici *SL,* dialecticis *P* **1228** primario *SPL,* privatio (!) *V* **1228** fini *PL,* finis *S*

23 **1229** sit *SL, om. P* **1229** ut plures *SP,* cum pluribus *L* **1229** plures *add. i. marg. a. m.* Vide Logicam, MAR...(?), q. 2, d. 1, De Genere, f. 6 **1229-1230** ex dictis... consistit *om. S*

24 **1232** alio loco *SP,* in Logica *L* **1233** iterum probanda *S,* infra alibi etiam magis comprobanda *P*

En su segunda modalidad suele denominarse universal metafísico.

En su tercera modalidad, universal lógico. No son nombres absolutamente necesarios, puesto que también la primera universalidad puede muy bien denominarse metafísica, por ser propia de la consideración metafísica y encontrarse en los objetos metafísicos que abstraen de la materia según el ser. La segunda universalidad, aunque se denomine metafísica, por ser a la metafísica a la que atañe investigar si la naturaleza abstraída existe o no en la realidad, sin embargo bien puede también denominarse física. En efecto, por ser esa abstracción obra del entendimiento, el físico, que estudia las obras del entendimiento, está también obligado a estudiar esa abstracción. Tarea que incumbe también al lógico en aquellos aspectos bajo los cuales considera las obras del entendimiento y las denominaciones que en las cosas provienen de los actos del entendimiento; al igual que considera la noción de predicado, etc. Pero el universal en su tercera modalidad suele denominarse lógico, porque generalmente se piensa que el principal objeto de estudio del dialéctico son los entes de razón. Mas en realidad es tarea que incumbe al metafísico, porque al metafísico atañe distinguir los entes de razón de los reales e investigar su entidad; y no es tarea que atañe al dialéctico, antes bien le cae muy extrínseca a su fin primario.

23. Pero sea lo que fuere de los nombres y de su común empleo, de la exposición hecha queda en claro la solución de la cuestión, que contiene una triple tesis.

24. Primera tesis: El universal en su primera modalidad no lo forma el entendimiento, sino que es previo a su conocimiento. Ya se ha probado en otro lugar[124] y se probará de nuevo.

25. Segunda tesis: El universal en su segunda modalidad lo forma el entendimiento por abstracción.

[124] F. Suarez, *Lib. Posteriorum* [*opus deperditum ?*].

26. Tertia ⌜conclusio⌝: Universale tertio modo, quod logicum dicitur, quod in ⌞rationis⌟ relatione consistit, fit per actum reflexum, qui «notitia comparativa» dicitur.

27. Unde universale primo modo est ens reale. Universale tertio modo est ens rationis pro formali. Universale secundo modo communiter etiam dici solet «ens rationis», quia universalitas illa ⌜etiam⌝ fit ab intellectu et nihil ponit in re abstracta, tamen vere non est relatio rationis, sed ipsa natura realis ut subsistens sub directa intentione intellectus et ut denominata ab illa. Unde universale primo modo est quid reale intrinsecum rei. Universale tertio modo est quid rationis fictum ut intrinsecum rei. Universale secundo modo est quid reale extrinsece denominans rem.

28. Et ex his conciliantur diversae opiniones in hac quaestione.

Asserunt enim multi universale fieri per abstractionem. Quam sententiam insinuat D. Thomas, *1 p., q. 16, a.* ⌞*7*⌟, *ad 2;* et *q. 85, a. 1;* et *a. 3, ad 4; Opusc.* ⌞*42*⌟, *cap. 5;*[125] *Opusc.* <*49*>, *cap. 1;*[126] *Opusc. 55 De ente et essentia, cap. 4;*[127] *7 Metaphysicae, lect. 13.*[128] Insinuat ⌞Commentator⌟, *1 De Anima, tx. 8,*[129] ubi dicit intellectum facere universalitatem in rebus. Quod communiter intelligunt de intellectu agente producente species universales, nam ipse, *2 De Anima, tx.* <*60*>,[130] ait quod intellectus movetur ad ultimam perfectionem a rebus universalibus; movetur autem ab speciebus. Et *3 De Anima, tx.* ⌞*18*⌟,[131] ait ⌜quod⌝ si universalia essent extra animam, frustra esset intellectus agens, quasi ipse sit qui facit res universales.

26 **1236** Tertia *add.* conclusio *P* **1236** rationis *PL*, 2ij *S* **1236-1237** quod... dicitur *om. L* **1237** quod *S*, etiam *P*

27 **1241-1242** etiam *PL*, *om. S* **1242** fit *om. PL* **1243** sed *add.* est *P* **1243** subsistens *S*, existens *PL* **1243-1244** intentione *S*, conceptione *PL* **1246** rationis *SP*, per rationem *L* **1246** ut *S*, et *P*, ac tamquam *L* **1246** rei *add.* cogitatum *L*

28 **1248** Et *om. PL* **1248** quaestione *S*, materia *PL* **1249** Asserunt *S*, dicunt *PL* **1249** fieri *S*, quod... fit *P* **1249-1250** Quam sententiam *S*, quod *PL* **1250** 7 *L*, 3 *SP* **1251** 42 *PL*, 45 *S* **1251** Opusc.... 1 *SP*, *om. L* **1251** 49] 44 *SP* **1252** Commentator *PL*, communiter (!) *S* **1253** dicit *om. P* **1254** intelligunt *S*, intelligitur *P* **1255** ipse *add.* Commentator *PL* **1255** 60] 10 *SPL* **1255** ait *SL*, dicit *P* **1257** ab *SL*, a *P* **1257** 18 *P*, 8 *SL* **1257** quod *P*, *om. SL*

26. Tercera tesis: El universal en su tercera modalidad, el que se denomina lógico y consiste en una relación de razón, se forma por un acto reflejo que se llama noticia comparativa.

27. Por consiguiente, el universal en su primera modalidad es un ente real. El universal en su tercera modalidad es formalmente un ente de razón. Al universal en su segunda modalidad se le suele llamar también de ordinario ente de razón, porque su universalidad la elabora también el entendimiento y no pone nada en la cosa abstraída. No es, sin embargo, una relación de razón, sino que es la misma naturaleza real en cuanto subsiste bajo la intención directa del entendimiento, y en cuanto viene denominada por ella. Por tanto, el universal en su primera modalidad es algo real intrínseco a la cosa; el universal en su tercera modalidad es algo que la razón finge como intrínseco a la cosa; el universal en su segunda modalidad es algo real que denomina extrínsecamente a la cosa.

28. Desde estos presupuestos se concilian las diversas opiniones en este punto.

Muchos afirman que el universal se forma por abstracción. Esta opinión la deja entrever Santo Tomás en *1 p., q. 16, a. 7, ad 2* y en *q. 85, a. 1 y a. 3, ad 4; Opusc. 42, cap. 5;*[125] *Opusc. 49, cap. 1;*[126] *Opusc. 55 De ente et essentia, cap. 4;*[127] *7 Metaphysicae, lect. 13.*[128] Lo deja entrever el Comentador en *1 De Anima, tx. 8,*[129] en donde dice que el entendimiento elabora la universalidad en las cosas. Palabras que se interpretan generalmente del entendimiento agente al producir las especies universales. Él mismo, efectivamente, en *2 De Anima, tx. 60,*[130] dice que son los objetos universales los que mueven al entendimiento hacia su última perfección; ahora bien, las especies son las que lo mueven. Y en *3 De Anima, tx. 18*[131] dice que si los universales estuvieran fuera del alma, estaría de más el entendimiento agente; dando a entender que es él el que elabora los objetos universales.

---

[125] *De natura Genesis, op. 42* (secundum ed, romanam).
[126] *De sensu respectu singularium et intellectu respectu universalium*, op. 49 (secundum ed. romanam).
[127] *op. 30* (secundum ed. romanam).
[128] n. 2.
[129] *o. c.*, f. iiij. *o. c.*, (ed. Crawford), 12, 25 sq.
[130] *o. c.*, (ed. Crawford), 220, 15 sq.; Cfr. *Ib.*, III 36: (ed. Crawford), 489, 27 sqq.
[131] *o. c.*, f. iiij: *o. c.*, (ed. Crawford), 440, 96 sqq.

Similem sententiam insinuat Durandus, *in 1, d. 3, q. 5, n.º 27;*[132] ⌜et⌝ *in 2, d. 3, q. 7, n.º 12;*[133] Flandria, *7 Metaphysicae, q. 16, a. 1;*[134] et *in 3 Metaphysicae, q. 6, a. 2;*[135] Versorius, / *De ente et essentia, tract. 1, p. 2;*[136] et in prologo *Praedicabilium, q. 10;*[137] Soto, ⌜*in Logica*⌝, *q.* 2 et 3 *Universalium.*[138] P 362v

Alii vero opinantur ⌜universale⌝ fieri per notitiam comparativam. Insinuat D. Thomas, *1 Peri hermeneias, lect. 10,*[139] ubi ait quod «intellectus format intentiones, attribuens eas rei intellectae, secundum quod comparat ⌞eam ad res⌟ quae sunt extra animam»; idem clarius *1 p., q. 28, a. 1, in corpore;* et *ad 4*, ubi Caietanus.[140] Idem D. Thomas, *De potentia, q. <8>, a. 1;*[141] et *Opusc. 48, cc. 1* et *2;*[142] et *lib. 4 Metaphysicae, tx. 5;*[143] Caietanus, *in cap. De genere;*[144] et *De ente et essentia, cap. 3*; et *cap. 4*, paulo ante *quaestionem 7;*[145] et in ipsa *q. 7.*[146] Idem Ferrariensis, *4 Contra Gentes, cap. 11;*. Soncinas, *10 Metaphysicae, q. 15.*[147] ⌜Idem Scotus, *7 Metaphysicae, q. 18;*[148] Antonius Andraeas, ibi, *q. 17;*[149] Antonius Trombeta, *in Quaestionibus Metaphysicis, q. 2, a. 1;*[150] Viguerius et copulata Lovaniensis, *cap. De genere*⌝.[151]

29. Utraque tamen istarum opinionum potest ad veritatem / trahi et ad falsitatem etiam, si male intelligatur. S 221

P r i m a enim opinio, si tantum intelligat naturam, eo ipso quod abstrahitur, habere aliquem modum universalitatis quem non habebat in rebus, negari non potest, sive illa universalitas vocetur metaphysica sive logica. Illud enim de nomine est.

Et p r o b a t u r, nam si vera esset opinio Platonis de ideis et idea hominis esset in rebus subsistens abstracta ab individuis, procul dubio alium modum universalitatis haberet quem nunc habet; ergo etiam quando concipitur illo modo, scilicet ac si esset abstracta, natura ut sic repraesentata et concepta habet modum universalitatis quem non habet in rebus.

1261 et *PL, om. S* **1261** in *SL, om. P* **1262** 6] 3 *PL* **1262-1263** Versorius... q. 10 *SP, om. L* **1263** in Logica *PL. om. S* **1263** q. *post* 3 *S* **1265** universale *PL. om. S* **1267** eas *S*, causas *P*, illas *L* **1268** eam *P*, ipsam *L*, ea *S* **1270** 8] 7 *SL*, 17 *P* **1270** lib. *om. PL* **1273-1276** Idem Scotus... genere *PL, om. S*

29 **1277** 221] 219 *S* **1282** Illud... est *SP, om. L* **1283** Et *S*, quod *P* **1283** opinio *S*, positio *PL* **1283** de ideis *SP, om. L*

Una opinión semejante deja entrever Durando en *1, d. 3, q. 5, nº 27*[132] y en *2, d. 3, q. 7, nº 12;*[133] Flandria en *7 Metaphysicae, q. 16, a. 1;*[134] y en *3 Metaphysicae, q. 6, a. 2;*[135] Versorio en *De ente et essentia, tract. 1, p. 2;*[136] y en el prólogo *Praedicabilium, q. 10;*[137] Soto en la *Logica, q. 2 y 3 Universalium.*[138]

Pero otros opinan que el universal se forma por noticia comparativa. Lo deja entrever Santo Tomás en *1 Peri Hermeneias, lect. 10,*[139] en donde dice que «el entendimiento forma las intenciones atribuyéndolas a la cosa entendida, al compararla con las cosas que están fuera del alma». La misma idea expone con más claridad en *1 p., q. 28, a. 1, in corpore* y en *ad 4*; y Cayetano al tratar ese punto.[140] Asimismo Santo Tomás en *De Potentia, q. 8, a. 1*[141] y en *Opusc. 48, cc. 1 y 2;*[142] y en *lib. 4 Metaphysicae, tx. 5;*[143] Cayetano en el *cap. De genere*[144] y en *De ente et essentia, cap. 3 y cap. 4*, poco antes de la *cuestión 7*[145] y en esa misma *q. 7.*[146] Asimismo Silvestre de Ferrara en *4 Contra Gentes, cap. 11*; Soncinas en *10 Metaphysicae, q. 15.*[147] Asimismo Escoto en *7 Metaphysicae, q. 18;*[148] Antonio Andrés, al tratar el tema en *q. 17;*[149] Antonio Trombeta en *Quaestionibus Metaphysicis, q. 2, a. 1;*[150] Viguerio y la Escuela Lovaniense, *cap. De Genere.*[151]

29. Una y otra opinión admiten un sentido verdadero y también un sentido falso, si se las interpreta mal.

En efecto, si la primera opinión quiere solamente decir que la naturaleza, por el hecho mismo de ser abstraída tiene ya alguna modalidad de universalidad que no tenía en las cosas, es innegable, llámese dicha universalidad metafísica o lógica, pues eso es cuestión de nombre.

Prueba: si fuera verdadera la opinión de Platón sobre las ideas y la idea de hombre existiera subsistente en las cosas abstraída de los individuos, tendría sin duda alguna otra modalidad de universalidad de la que ahora tiene. Luego tam-

---

132 *o. c.*, f. 28, col. 1
133 *o. c.*, f. 140ᵛ, col. 1.
134 [!]. Cfr. *Ib.*, I, q. 12, a. 5: *o. c.*, p. 73, col. 1 A.
135 *o. c.*, p. 116, col. 1 C.
136 *o. c.*, f. nn. [137-138ᵛ].
137 *o. c.*, f. v.
138 *o. c.*, *In lib. Praedicabilium Porphyrii*, ff. 12ᵛ-15ᵛ.
139 n. 9.
140 *Comm. in Summam Theol. D. Thomae* (1 p., q. 28, a. 1) XI.
141 *De pot.* q. 8 [*S* q. 7}, a. 1.
142 *Summa Logicae, op. 48* (secundum ed. romanam).
143 nn. 2 sqq.
144 *Comm. in Porphyrii Isagogen ad Praedicamenta Aristotelis*, c. 1: *o. c.*, (ed. Marega), pp. 18 sq.; 56 sq.
145 *o. c.*, p. 293, col. 1. Cfr. ed. Laurent.
146 *o. c.*, p. 294. Cfr. ed. Laurent.
147 *o. c.*, ff. 140ᵛ sqq.
148 ? 149 ? 150 ? 151 ?

Et confirmatur, nam illa natura sic concepta est una obiective et ⌊praescindit⌋ ab omni inferiori multitudine et est communis multis; ergo est tunc universalis alio modo quam in rebus.

Item, natura ut abstracta habet alium modum quem habet in rebus et ille modus non est modus singularitatis, sed potius est modus indifferentiae et communitatis; ⌈ergo⌉.

Item, natura per contractionem fit singularis; ergo dum a contractione abstrahitur, accipit modum essendi contrarium singularitati; ergo fit aliquo modo universalis.

Quare prima opinio hoc asserens vera est. Et si secunda id negare vellit, falsa.

30. Si illa prima opinio intelligat secundam intentionem seu relationem universalitatis / fieri per abstractionem, sine dubio est falsa, *P 363* nam fit per comparationem; et in hoc verissimum ait secunda opinio; et hoc negare est ignorare differentiam inter relationem realem et rationis. Nam si facta abstractione, statim natura abstracta refertur ad inferiora, certe refertur realiter.

Probo, nam vel realiter refertur vel fingitur referri; tunc autem non fingitur referri, quia hoc non fingitur, nisi dum comparatur ad inferiora, ut ex supra dictis[152] patet; ergo si refertur, realiter refertur.

Item, si natura generica ⌈vel specifica⌉ eo ipso quod abstrahitur refertur, ad quae refertur? Vel ad species a parte rei existentes, et sic relatio erit realis, vel ad species abstractas etiam ab intellectu —et hoc non, nam stat abstrahi naturam genericam non abstractis speciebus—.

Item, per meram cognitionem abstractivam non cognoscitur aliqua relatio universalitatis; ergo nec consurgit talis relatio nec habet esse. Patet consequentia, nam relatio rationis non habet aliud esse nisi cognosci, nam tantum est obiective in intellectu; esse autem ⌊obiective⌋ est cognosci. ⌈Et vere⌉, si haec entia rationis habent esse etiam quando cognoscuntur, illud esse non potest esse nisi reale, / nam non est dare *S 221v* medium inter esse fictum et esse reale; ⌈fictum enim⌉ non est nisi dum fingitur.

1290 praescindit *PL*, prius scindit (!) *S* **1291** quam *SL*, quem *P* **1294** ergo *PL*, *om. S* **1298** hoc asserens *S*, si hoc tantum dicat *PL* **1299** falsa *add.* est *P*

30 **1302** verissimum ait *S*, verum dicit *P* **1309-1312** Item... speciebus *SP*, *om. L* **1309** vel specifica *P*, *om. S* **1316** obiective *PL*, obiecti *S* **1317** Et vere *P*, *om. S* **1319** (et) esse *om. P* **1319** fictum enim *P*, *om. S*

bién cuando se la concibe con esa modalidad, es decir, como abstraída, tiene la naturaleza así representada y concebida una modalidad de universalidad que no tiene en las cosas.

Razón confirmativa: Esa naturaleza así concebida es objetivamente una y prescinde de toda pluralidad de inferiores y es común a muchos. Luego en ese estado es universal de manera distinta a como lo es en las cosas.

Asimismo, la naturaleza en tanto que abstraída tiene una modalidad distinta de la que tiene en las cosas; y esa modalidad no es una modalidad de singularidad, sino que es más bien una modalidad de indiferencia y comunidad. Luego.

Asimismo, la naturaleza, por contracción, se hace simular. Luego al ser abstraída de esa contracción, recibe la modalidad de ser contraria a la singularidad. Se hace, pues, de alguna manera universal.

Por tanto, si esto es lo que afirma la primera opinión, es verdadera; y si la segunda lo pretende negar, es falsa.

30. Pero si lo que quiere decir esa primera opinión es que la segunda intención o relación de universalidad se efectúa por abstracción, es sin duda falsa, porque se efectúa por comparación. En esto dice la segunda opinión una gran verdad, y negarlo es negar la diferencia entre relación real y de razón: Si efectuada la abstracción, la naturaleza abstraída queda al instante referida a sus inferiores, no hay duda que queda realmente referida.

Prueba: o queda realmente referida o se finge quedar referida. Ahora bien, no se finge quedar referida, porque tal referencia no se finge si no es por comparación a los inferiores, como es evidente por la exposición anterior.[152] Luego si queda referida, queda realmente referida.

Asimismo, si la naturaleza genérica o específica por el hecho mismo de abstraerse queda referida, ¿a qué queda referida? O a las especies que existan en la realidad —y entonces la relación será real—, o a las especies abstraídas también por el entendimiento —y esto es imposible, porque queda en firme que se abstrae la naturaleza genérica sin abstraerse las especies—.

Asimismo, mediante el mero conocimiento abstractivo no se conoce una relación de universalidad. Luego no surge tal relación ni tiene ser alguno. La consecuencia es evidente: la relación de razón no tiene otro ser que el ser conocida, pues está en el entendimiento sólo como objeto suyo. Ahora bien, estar como objeto es ser conocido. Y a la verdad, si estos entes de razón tuvieran algún ser fuera de su ser conocidos, tal ser no puede ser sino real, pues no hay término medio entre ser fingido y ser real; el fingido no se da sino en su fingirse.

---

[152] Cfr. supra, n. 21, lin. 1186-1200.

I t e m, id explicatur per alias relationes rationis, nam paries denominatur visus ante operationem intellectus et similiter Deus denominatur creator; tamen paries neque refertur relatione visi neque Deus relatione creatoris, nisi quando intellectus ea comparat ⌜actualiter⌝ et refert, nam si ante hoc referrentur, a parte rei referrentur.

Et hoc ita est in praesenti. Quocirca, recte intellecta natura relationum rationis ⌜et in hoc sensu⌝, haec secunda opinio est mihi evidens. Neque ulla hic manet difficultas.

QUAESTIO 4*

Quomodo intellectus cognoscat substantiam materialem et alia per accidens tantum sensibilia

1. Est differentia magna inter sensum et intellectum quod sensus in ⌜externorum⌝ accidentium sensibilium cognitione sistit, intellectus vero non sic, sed ex accidentium cognitione ad contemplanda ea quae sub accidentibus latent ingreditur, et ideo intellectus / dictus est quasi *P 363v* «intus legens». Quaprópter de accidentibus sensibilibus per se nulla difficultas est quomodo cognoscantur ab intellectu, nam cum species istorum sensibus imprimantur, etiam imprimuntur intellectui virtute intellectus agentis, de aliis vero rebus, quae per se sensibiles non sunt, ut substantia et accidentia alia non sensibilia, difficultas est.

2. De quibus d i c o 1.º: Haec non cognoscuntur primo ab intellectu per proprias species.

1323 neque *SL*, non *P* **1323** neque *S*, nec *PL* **1324-1325** actualiter *PL. om. S* **1326** Et hoc ita *S*, ergo idem *PL* **1326** praesenti *S*, proposito *PL* **1326-1327** relationum *S*, relationis *PL* **1327** et in hoc sensu *P*, *om. S* **1327** haec *om. PL* **1327** mihi *om. PL* **1328** Neque ulla *SL*, et nulla *P*

1 **1333** externorum *PL*, *om. S* **1337-1338** species istorum *S*, haec species suas *P*, ea species suas *L* **1338** etiam *add.* illae *P* **1338** intellectui *add.* possibili *PL* **1339** sensibiles *S*, sensibilia *P* **1340** substantia... alia *S*, de substantia et aliis accidentibus *P*

2 **1341** dico *S*, sit *PL*

* El Ms. *P* [ff. 362 (-5)-380v] recoge las *qq. 4-10* de esta *d. 9* (Cf. *d. 9, q. 3, n. 13, lín. 947*).

Asimismo, nos ofrecen una explicación otras relaciones de razón: la pared recibe la denominación de vista con anterioridad a la actividad del entendimiento, y de modo semejante Dios recibe la denominación de creador. Sin embargo, ni la pared queda referida con la relación de «vista» ni Dios con la relación de «creador», hasta que el entendimiento no compara de hecho los términos y hace la referencia; porque si quedasen referidos con anterioridad a esta operación, estarían ya referidos en la realidad.

Pues lo mismo ocurre en nuestro caso. Por tanto, si se entiende bien la naturaleza de las relaciones de razón y en el sentido indicado, esta segunda opinión me parece evidente; y en este problema ya no queda ninguna dificultad.

CUESTIÓN 4

Cómo conoce el entendimiento la substancia material y demás objetos que sólo accidentalmente son sensibles.

1. La gran diferencia entre el sentido y el entendimiento está en que el sentido se detiene en el conocimiento de los accidentes sensibles externos. No así el entendimiento: partiendo del conocimiento de los accidentes penetra en la contemplación de lo que se esconde bajo los accidentes. Por eso se dice de él que es como un «intus legens» [que lee en lo interior; inte-lecto]. No ofrece, por tanto, dificultad alguna la manera que el entendimiento tiene de conocer aquellos accidentes que son de suyo sensibles. En efecto, al imprimirse sus especies en los sentidos, quedan también impresas en el entendimiento por virtud del entendimiento agente. Sí ofrecen, en cambio, dificultad, los otros objetos que no son de suyo sensibles, como la substancia y esos otros accidentes que no son sensibles.

2. Primera afirmación sobre el particular: El entendimiento no empieza conociendo tales objetos con especies propias.

P r o b a t u r, nam species quae primo fit ab intellectu agente fit omnino similis in repraesentatione phantasmatis; sed per phantasma tantum repraesentatur res secundum accidentia sensibilia per se; ergo ⌊eamdem rem⌋ et eodem modo repraesentat species intelligibilis facta ab intellectu agente. Maior patet, quia cognitio sensitiva est principium cognitionis intellectivae, nam determinat intellectum agentem ad productionem talis speciei; ergo talis est res repraesentata ab intellectu agente per speciem intelligibilem productam ab illo, qualis ⌈est⌉ cognitio per sensum et repraesentata in phantasmate.

D i c e t u r forte quod phantasma non tantum repraesentat sensibilia accidentia rei, sed etiam aliquo modo subiectum illorum accidentium, nam accidentia illa non repraesentantur in abstracto, sed in concreto, et ita simul repraesentatur / subiectum. Et hoc est satis ut S 222
intellectus agens possit efficere ⌈propriam⌉ speciem ⌈subiecti, id est, substantiae⌉.

Sed hoc falsum esse constat:

1.º ⌈Quia⌉ intellectus agens efficit speciem determinatus a cognitione phantasiae; {phantasia autem non cognoscit subiectum nudum, sed hoc album, etc.; ergo hoc idem repraesentatur per speciem intelligibilem.}

I t e m, nam si id non sufficeret, sequeretur quod viso homine et apprehenso per ⌈proprium⌉ phantasma, statim intellectus agens produceret speciem repraesentantem substantiam hominis atque adeo materiam et formam illius. Consequens est falsum et contra experientiam. Et sequela patet, quia etiam in phantasmate hominis in confuso repraesentatur eius substantia.

Praeterea a r g u i t u r, nam ideo angelorum et Dei non potest dari in intellectu nostro propria species per quam primo intelligantur, {quia non cadunt sub cognitione alicuius sensus}; ergo eadem ratione omnes res materiales, quae sub cognitione alicuius sensus non cadunt,

1343 agente *SP, om. L* **1345** repraesentatur *SL,* repraesentantur *P* **1346** eamdem rem *PL,* eadem res *S* **1350** ab illo *om. P* **1350** est *P, om. S* **1355** 222] 220 *S* **1356** propriam *PL, om. S* **1356-1357** subiecti... substantiae *P, om. S* **1358** Sed... constat *S,* Sed falsum esse posset *P* **1359** Quia *PL, om. S* **1360** autem *S,* vero *P* **1361** album *add.* hoc quantum *PL* **1361-1362** speciem intelligibilem *SPL,* intellectum *P2* **1364** proprium *PL. om. S* **1357** Et *om. PL* **1369** nam *SL*

Prueba: La primera especie que el entendimiento agente elabora guarda una absoluta semejanza con la representación del acto de la fantasía. Ahora bien, el acto de la fantasía representa la cosa sólo en la dimensión de los accidentes de suyo sensibles. Luego la especie inteligible que el entendimiento agente elabora representa esa misma cosa y de esa misma manera. La premisa mayor es evidente: el conocimiento sensitivo es principio del conocimiento intelectivo, puesto que determina al entendimiento agente a la producción de tal especie. Luego la cosa representada por el entendimiento agente mediante la especie que él produce es tal, cual es el entendimiento sensitivo y su representación en el acto de la fantasía.

Objeción: el acto de la fantasía no representa solamente los accidentes sensibles de la cosa, sino también de alguna manera el sujeto de esos accidentes, puesto que dichos accidentes no se representan en abstracto sino en concreto, y por ende queda al mismo tiempo representado el sujeto. Y esto basta para que el entendimiento agente pueda elaborar la especie propia del sujeto, es decir, de la substancia.

Pero es clara la falsedad de tal afirmación:

En primer lugar, el entendimiento agente elabora la especie, determinado por el conocimiento de la fantasía. La fantasía no conoce el nudo sujeto, sino este blanco, etc. Luego ese mismo es el que representa la especie inteligible.

Asimismo, si eso bastara, se seguiría que al ser visto y aprehendido un hombre mediante el acto propio de la fantasía, al punto el entendimiento agente produciría la especie que representara la substancia de ese hombre, y por tanto su materia y su forma. La conclusión es falsa y en contra de la experiencia. La consecuencia es clara: también en ese acto de la fantasía queda confusamente representada la substancia del hombre.

Un argumento más: en nuestro entendimiento no puede darse una especie propia de los ángeles y de Dios como intelección primordial, justamente porque no son término de conocimiento de ningún sentido.

non poterunt primo cognosci ⌜ab intellectu⌝ per propriam speciem. Et haec conclusio magis explicabitur ex sequentibus.[153]

3. / Dico 2.º: Intellectus noster non format proprium et distinctum conceptum rerum non sensibilium per se. *P 364*

Explicatur: Proprius conceptus alicuius rei potest dici dupliciter:

Uno modo ut ita rei illi conveniat quod non aliis; et dicitur proprius ut distinguitur contra communem. Et de hoc intelligitur conclusio, nam huiusmodi proprium conceptum formare possumus etiam Dei, nam concipimus ⌞quaedam⌟ praedicata quae illi soli conveniunt.

Alio modo dicitur conceptus proprius ⌞quando⌟ res concipitur prout in se conceptibilis est per propriam sui similitudinem et non per analogiam vel per negationem; ⌞res⌟ ergo quae sub sensu cadunt per se concipiuntur a nobis propriis conceptibus isto secundo modo, ut experientia constat; res autem quae sub sensu non cadunt, etiam si materiales sint, non possunt isto modo a nobis concipi ⌞pro isto statu⌟.

Et hic est sensus conclusionis.

Et probatur, nam si alicuius rei materialis non sensatae formaremus huiusmodi conceptum proprium, maxime substantiae materialis; sed illius non; ergo nullius.

Patet maior, nam substantia ipsa est quae maiorem connexionem habet cum accidentibus sensibilibus per se.

Minor vero {probatur, nam substantia materialis est quid constans ⌜ex⌝ materia et forma; sed neque materiae neque formae habemus proprium conceptum, nam materiam cognoscimus per analogiam ad ⌞materiam⌟ ⌜artificialium et subiectum accidentium⌝,[154] formam vero

1373 ab intellectu *PL, om. S* **1374** explicabitur *S*, exponitur *P*

3 **1375** Dico 2º *S*, 2º Conclusio *PL* **1379** Uno modo *SL*, 1º *P* **1379** rei *SL, om. P* **1380** ut *S*, et *P* **1382** quaedam *PL*, quae *S* **1383** Alio modo *S*, 2º *P* **1383** quando *PL*, quo *S* **1384** prout... est *SP, om. L* **1384-1385** et non... negationem *S*, absque analogia vel negatione *PL* **1385** res *P*, rei *S* **1385** ergo *SL*, vero *P* **1388** pro... statu *P, om. S* **1390** Et *S*, quae *P* **1390-1391** formaremus *S*, haberemus *PL* **1393-1394** conexionem *S*, coniunctionem *PL* **1395-1396** est... constans *SP2*, constat *P* **1396** ex *PP2L, om. S* **1396** sed... materiae neque *SP*, nec... nec *P2* **1398** materiam *PP2L*, formam [!] *S* **1398** artificialium *L*, artificialem *P, om. S* **1398** et... accidentium *PL, om. SP2*

Luego por la misma razón todas las cosas materiales que no son término de conocimiento de ningún sentido, no podrán constituir el conocimiento primordial del entendimiento mediante especie propia. Conclusión ésta que encontrará su adecuada explicación en las páginas siguientes.[153]

3. Segunda afirmación: Nuestro entendimiento no forma un concepto propio y diferenciado de las cosas que no son de suyo sensibles.

Explicación: concepto propio de una cosa se puede entender en un doble sentido.

Uno es que de tal manera cuadra a esa cosa, que no cuadra a otras. Se llama propio para contradistinguirlo de común. No es ése el sentido de nuestra afirmación: también de Dios podemos formar esta tipo de conceptos propios, puesto que concebimos determinados predicados que sólo a Él cuadran.

Otro sentido de concepto propio: cuando se concibe una cosa tal cual en sí es concebible mediante la imagen propia de sí misma y no por analogía o por negación. Las cosas, por tanto, que son término de los sentidos las concebimos de suyo con conceptos propios en este segundo sentido, como consta por experiencia. Pero las cosas que no son término de los sentidos, aunque sean materiales, no las podemos concebir de esta manera en el estado actual.

Y tal es el sentido de la afirmación.

Prueba: Si de alguna cosa material, no percibida por los sentidos, formásemos tal concepto propio, ésta sería sobre todo la substancia material. Ahora bien, de ella no formamos tal concepto; luego de ninguna otra.

La mayor es clara: la substancia misma es la que tiene una mayor conexión con los accidentes de suyo sensibles.

Prueba de la menor: la substancia material está constituída de materia y forma. Pero ni de la materia ni de la forma tenemos un concepto propio, puesto que conocemos la materia por analogía con la materia de las cosas artificiales y con el sujeto de accidentes;[154] la forma en cambio la deducimos por sus efectos después de mucho razonar, y al fin la explicamos por semejanza con las formas accidentales.

---

[153] Cfr. infra, n. 3, lin 1383 sqq.
[154] Cfr. Aristotelem, *Phys.* A, comm. 69. D. Thomas, *De ver.*, q. 10, a. 4.

ex effectibus per multos discursus colligimus, et tandem / illam explicamus per similitudinem ad formas accidentales. *S 222v*

Et confirmatur, nam ex vi conceptus quem de substantia habemus, non possumus discernere an sit simplex vel composita, sed hoc explicandum est per effectus et analogiam ad composita accidentalia.}

Item, nam eadem est ratio de homine et de aliis subiectis. Non enim magis proprium conceptum formamus aliarum substantiarum quam hominis; sed hominem ⌜non⌝ concipimus proprio conceptu illo modo. Nullus enim format proprium conceptum animae rationalis, sed per ordinem ad operationem vel per analogiam illam concipimus ad alias operationes.

Tandem, experientia hoc demonstrat, nam nos non possumus propriam rationem substantiae explicare nisi per ordinem ad accidentia, et dicimus illud quod accidentibus primo substat esse substantiam et semper explicamus res insensibiles per ordinem ad sensibilia; ergo signum / est sic etiam a nobis concipi. *P 364v*

4. Et hinc etiam confirmatur prima conclusio, nam si intellectus reciperet propriam speciem substantiae materialis actione intellectus agentis, posset illam proprio conceptu concipere; sed hoc non potest; ergo. Maior patet, quia cum species sit ratio concipiendi rem, cuius datur propria species, (eius) dari poterit proprius conceptus.

5. Et confirmatur utraque conclusio ex mysterio sacramenti Eucharistiae, nam ibi {eodem modo sentiuntur accidentia panis quo aliae res sensibiles; et in aliis rebus non magis sentitur subiectum accidentium quam ibi; sed ibi ex phantasmate panis consecrati non producitur in intellectu species propria substantiae panis nec proprius illius conceptus, quia ibi vere non est talis substantia, ergo neque in aliis} re-

1399 colligimus *SP, om. P2* **1400** similitudinem... accidentalem *SPL*, ordinem ad accidens *P2* **1401** Et *om. PP2L* **1401** nam *SP, om. P2* **1403** effectus *SPL*, discursus *P2* **1403-1404** accidentalia *add.* ergo *P* **1407** non *PL, om. S* **1410** ad... operationes *om. P* **1412** explicare *S*, concipere *P* **1413** dicimus *add.* quod *S* **1414** insensibiles *SL*, sensibiles [!] *P* **1414-415** sensibilia *SL*, insensibilia [!] *P* **1421** Et *om. P* **1422** sentiuntur *SP2*, subduntur *PL* **1422-1423** quod aliae... sensibiles *SPL*, ac reliqua omnia sensibilia *P2* **1423-1424** subiectum accidentium *SPL*, eo subi (*abrev.*) *P2*

Razón confirmativa: En virtud del concepto que tenemos de substancia no podemos discernir si es simple o compuesta; la aclaración tiene que venir por los efectos y por la analogía con los compuestos accidentales.

Asimismo, idéntica razón se da en el caso del hombre y de los otros sujetos: de otras substancias no formamos concepto más propio que de hombre; ahora bien, no concebimos hombre con un concepto propio en el sentido explicado: nadie forma un concepto propio de alma racional, sino en orden a su actividad, o la concebimos por analogía con otras acciones.

Finalmente, la experiencia es buena prueba: no podemos declarar el concepto propio de substancia sino en orden a los accidentes, y decimos que el primer substrato de los accidentes es la substancia; siempre declaramos las cosas no sensibles por relación a las sensibles. Señal de que también así las concebimos.

4. De aquí una nueva razón confirmativa de la primera conclusión: si el entendimiento recibiera la especie propia de la substancia material por la acción del entendimiento agente, podría concebirla con concepto propio. Pero no puede. Luego. La premisa mayor es manifiesta: como la concepción de la cosa se debe a la especie, podrá haber concepto propio de lo que hay especie propia.

5. Razón confirmativa de una y otra conclusión tomada del misterio del sacramento eucarístico: en él los accidentes de pan se perciben por los sentidos de la misma manera que las otras cosas sensibles, y en las otras cosas no se percibe más el sujeto de accidentes que en la Eucaristía. Ahora bien, aquí el acto de la fantasía que representa el pan consagrado no produce en el entendimiento la especie propia de la substancia de pan ni su concepto propio, puesto que no hay realmente tal substancia.

bus sensibilibus acquiritur illa species vel formatur talis conceptus, alias posset intellectus diiudicare an sub his accidentibus esset substantia necne.

6. Quocirca processus ⌜cognitionis⌝ intellectus nostri hic esse videtur: quod primo recipit speciem ⌞spiritualem⌟ repraesentantem rem sensibilem et materialem eamdem quae repraesentatur in phantasmate; et ideo primo repraesentat accidentia sensibilia propria alicuius sensus; deinde repraesentantur sensibilia communia quae modificant ⌜cognitionem proprii sensibilis⌝; tandem in confuso <repraesentat> subiectum accidentium, quia repraesentat illud in concreto intellectus; et tali specie informatus, cognoscit proprio conceptu propria sensibilia et etiam communia, quae aliquo modo repraesentantur in specie. Et quia intellectus noster natus est / adunata dividere, potest haec sensibilia *S 223* distinctis et propriis conceptibus cognoscere; at vero subiectum accidentium —et alia, quae per speciem non repraesentantur— discursu colligitur ab intellectu, nam videns intellectus accidentia, et praecipue cognoscens transmutationem eorum —quae fit circa idem subiectum—, discursu colligit aliquid substare illis. Et sic concipit substantiam per modum subiecti substantis. ⌜Et sic de aliis⌝.

6 **1430** cognitionis *PL, om. S* **1431** spiritualem *PL*, specialem *S* **1434** sensus *SP*, substantiae *L* **1434** repraesentantur *P2*, repraesentat *P* **1435** cognitionem... sensibilis *P*, sensibilia communia *S* **1435** repraesentat *S*, repraesentant *SP* **1436** accidentium *SL*, accidentis *P* **1436** repraesentat *S*, cogitet *P* **1436** illud *S*, illa *PL* (*praem.* accidentia *L*) **1437** et *S*, ergo *PL* **1439** est *om. P* **1439** 223] 221 *S* **1439** adunata *S*, ad unita [!] *L* **1440** cognoscere *S*, concipere *P*, apprehendere *L* **1442** colligitur *S*, colliguntur *P* **1443** subiectum *add.* (nunc enim calidum, nunc frigidum experitur, nunc lucidum, nunc tenebrosum, etc.) (Ib.) *L* **1445** Et... aliis *P, om. S* **1445** aliis *add. i. marg. a. m.* Forte D. Thomas, De veritate, q. 8, 7; ulterius, 1 p., q. 85, 1 [ad] 2^{m}; q. 84, a. 7; 2, d. 3, q. 3 et [3], d. 31, q. 2, 4, 5^{m}. Et Fonseca, 4 Metaphysicae, q. 2, c. 2, sect. 11, 2^{m}, [*o. c.*, t. 1, col. 730D-F], et saepe 1 Metaphysicae, c. 2, q. 2 et 3 [*o. c.*, t. 1, col. 147-210] et lib. 2, c. 1 [q, 2, sect. 6: *o. c.*, t. 1, col. 415F-416A], nihil aliud volunt, cum dicunt dari speciem propriam substantiae, nisi quod ex vi dicti discursus detur species repraesentativa substantiae. Et iuxta hoc intellige Toletum, 1 Animae, q. 6 [c. 1, tx. 11: *o. c.*, f. 14, col. 2], Fonsecam, 2 Metaphysicae, c. 1, q. 2, sect. 6, 2^{m} [*o. c.*, t. 1, col. 414F-416A]

Luego tampoco en las otras cosas se alcanza tal especie o se forma tal concepto; si así fuera, podría el entendimiento juzgar si había o no substancia bajo esos accidentes.

In prima conclusionis parte loquor de actuali existentia, nam de possibili ⌜tantum⌝ forte est demonstrabile esse possibiles creaturas aliquas spirituales, nam nos evidenter cognoscimus animam nostram esse spiritualem et esse in illo genere incompletam substantiam.

Item, cognoscimus evidenter Deum esse substantiam ⌜intellectualem et⌝ spiritualem summam et primam in illo ordine, et ⌞tandem⌟ evidenter scimus gradum substantiarum spiritualium esse omnium perfectissimum.

Ex quibus evidenter potest colligi esse possibiles substantias spirituales ⌜et intellectuales⌝ integras in suo genere, et completas in suo ordine, et medias inter substantiam Dei et animae nostrae.

Item, neque ex parte rei potest inveniri implicatio, neque ex parte Dei impotentia.

Et hinc etiam probabilissime colligimus dari actu existentes tales substantias, nam illae sunt quae maxime assimilantur Deo, et quae complent ⌜supremum⌝ gradum substantiarum creatarum, qui est

1716 sapientem, etc. *PL, om. S* **1717** proprium *PL, om. S* **1717-1718** quidditatem *SL,* quidditates *P* **1719** neque *SL,* nec *P* **1719-1720** explicant *SL,* explicat *P*

7 **1722** probabilissimis *SP,* optimis *L* **1724** autem *S,* tamen *P, etiam L* **1725** quaedam *PL, om. S, add.* praedicata *L* **1725** propria *SPL,* priora [!] *V* **1727** tantum *PL, om. S* **1729** incompletam *SL,* et in oplectam [!] *P* **1730** Deum *SL, om. P* **1730-1731** intellectualem et *PL, om. S* **1731** tandem *PL,* tamen [!] *S* **1734** quibus *SL,* quo *P* **1735** et intellectuales *P, om. S* **1735-1736** et completas... ordine *om. PL* **1736** Dei et *add.* substantiam *P* **1737** neque *S,* nec *PL* **1737** inveniri *S,* reperiri *PL* **1737** neque *SL,* nec *P* **1738** impotentia *SL,* in potentia [!] *add.* aliqua *P* **1741** supremum *PL, om. S* **1741** substantiarum creatarum *S,* rerum creaturarum *P*

Conocemos también que es buena, infinita, sabia, etc., y así formamos un cierto concepto propio de Dios, con el que conocemos de alguna manera su esencia, pero nunca con claridad y nitidez, puesto que los efectos mismos no representan a Dios como él es en sí, ni explican toda la virtualidad y esencia de Dios.

7. Cuarta tesis: Hay razones muy probables —pero no demostraciones que convenzan el entendimiento— a favor de un conocimiento de las otras substancias separadas en lo que respecta a su existencia actual. Su esencia, en cambio, puede conocerse imperfectamente en cuanto a algunos caracteres comunes, pero no en cuanto a sus caracteres propios.

En la primera parte de la tesis me refiero a la existencia actual, porque de la posible quizá lo único demostrable es que son posibles algunas criaturas espirituales. Conocemos, efectivamente, con evidencia que nuestra alma es espiritual y que en ese orden es una substancia incompleta.

Conocemos, asimismo, con evidencia que Dios es una substancia intelectual y espiritual suprema y primera en ese orden. Ya sabemos, finalmente, con evidencia que el grado de las substancias espirituales es el más perfecto de todos.

De todo esto se puede deducir con evidencia que son posibles substancias espirituales e intelectuales, íntegras y completas en su orden e intermedias entre la substancia de Dios y la de nuestra alma.

Asimismo, ni por parte de la cosa es posible hallar contradicción, ni por parte de Dios impotencia.

Por aquí también deducimos con gran probabilidad que se dan tales substancias actualmente existentes: ellas más que nadie se asemejan a Dios y completan el supremo grado de substancias creadas, el de las intelectuales; pues tal grado en nuestra alma es simple primordio, y por ello el orden natural está pidiendo para completar el universo la existencia de substancias completas y perfectas en ese grado.

intellectualium; hic enim gradus in anima nostra tantum fuit inchoatus, et ideo naturae ordo postulat ⌊ad⌋ complementum universi, ut dentur substantiae completae ⌈et perfectae⌉ in illo gradu.

I t e m, effectus plurimi sunt in universo qui non possunt tribui nisi his substantiis, ut sunt motus caelorum ⌈etc.⌉ Non enim debent tribui Deo immediate. Dixi tamen hoc non posse demonstratione convinci, quia nullus est effectus in universo qui necessariam omnino connexionem habeat cum substantiis separatis, nam omnes possunt a Deo fieri. Unde cum istae substantiae non habeant ab intrinseco necessariam existentiam, sed illam debeant recipere ex libera Dei voluntate, et effectus non omnino evidenter / demonstrant Deum ⌈illas⌉ fe- *S 227*
cisse, sequitur non posse ostendi ⌈illas⌉ actu esse demonstratione cogente intellectum. Ostenditur tamen quadam evidentia morali qua intellectus recte dispositus convincitur.

8. S e c u n d a pars conclusionis est evidens experientia. Nullus enim scit proprium conceptum alicuius angeli formare, et unum ab alio per ⌊proprias⌋ ⌈differentias⌉ distinguere, sed tantum concipiuntur sub communi ratione substantiae incorporeae, et ut plurimum / dis- *P 369*
tinguimus illos per conceptus accidentales in ordine ad effectus, ut si hunc angelum concipiam sub ratione motoris huius caeli, quo modo Gabrielem concipimus sub ratione nuntii Incarnationis ⌈dominicae⌉; Michaelem sub ratione ducis, ⌈etc., et alium sub ratione custodis⌉. Et hoc modo et aliis ⌊similibus⌋ distinguunt theologi hierarchias et ordines; propriis tamen et essentialibus conceptibus illos concipere est impossibile.

1743 ad *PL*, et *S* **1744** et perfectae *PL*, *om. S* **1745** etc. *P*, *om. SL* **1746** debent *S*, debet *P* **1747** immediate *add.* quidquid Aristoteles hac in re dixerit, de quo alibi (*in margine:* Vide in disp. 35, Metaph., sect. 1, n. 20) *L* **1751** existentiam *add.* ut suis etiam locis demonstratur (Ib.) (*in margine:* disp. 35. Met. sect. 1 à n. 53. et lib. 1. de Angel. c. 2) *L* **1752** 227] 225 *S* **1752-1753** illas... illas *PL*, illos... illos *S* **1755** convincitur *S*, convincetur *PL*

8 **1757** scit *S*, sciet *P* **1758** proprias differentias *PL*, propriam (differentias *om. S*) **1758** concipiuntur *S*, concipimus, *add.* illos *P* **1762** dominicae *P*, *om. SL* **1763** etc... custodis *PL*, *om. S* **1764** similibus *P*, modis (*post* theologi) *S* **1764** theologi *praem.* sancti *P*, Patres ac *L* **1764-1765** ordines *S*, choros *PL*, *add.* Angelorum *P* **1765** et essentialibus *om. PL* **1765** concipere *add.* naturaliter *L*

Asimismo, hay en el universo muchísimos efectos que no pueden atribuirse sino a estas substancias; por ejemplo los movimientos del cielo, etc.; pues no deben atribuirse inmediatamente a Dios. No obstante, he dicho que no es posible una demostración convincente, porque no se da ningún efecto en el universo que tenga una conexión absolutamente necesaria con las substancias separadas; todos, efectivamente, los puede producir Dios. En definitiva, como estas substancias no poseen una existencia intrínsecamente necesaria, sino que la tienen que recibir de la libre voluntad de Dios, y los efectos no demuestran con absoluta evidencia que Dios las ha hecho, se sigue la imposibilidad de probar su actual existencia con una demostración que fuerce al entendimiento. La prueba, sin embargo, posee una cierta evidencia moral, que convence a un entendimiento bien dispuesto.

8. La segunda parte de la tesis es evidente por experiencia. Nadie sabe formar un concepto propio de un ángel y distinguir un ángel de otro por sus propias diferencias. Se les concibe únicamente bajo el aspecto común de substancia incorpórea, y a lo sumo los distinguimos por conceptos accidentales con miras a los efectos. Por ejemplo, cuando concibo a este ángel bajo el aspecto de motor de este cielo; por la misma vía concebimos a Gabriel bajo el aspecto de mensajero de la Encarnación del Señor, a Miguel bajo el aspecto de guía, etc., y a otro bajo el aspecto de guardián. Por estos medios y otros semejantes distinguen los teólogos la jerarquías y los órdenes; pero es imposible concebirlos con conceptos propios y esenciales.

Et ratio est, quia nullus effectus istarum substantiarum innotescit nobis, qui ostendant proprias earum ⌜proprietates et⌝ quidditates, nec praedicata, quae non sint omnibus communia. Et in hoc differunt a Deo, nam de illo plura cognoscimus, quae illi soli conveniunt. Et ratio differentiae est, quia, licet Deus sit altior et perfectior, tamen habet plures effectus in universo, et cum illis maiorem connexionem, et ideo ex illis magis cognoscitur eius substantia quam angelorum. Possumus ergo in hac vita substantiarum separatarum quidditatem in communi tantum et confuse cognoscere.

9. Et doctrina istarum conclusionum est sine dubio Aristotelis, hoc *lib. 3 De Anima*, nam *cap. 4*,[200] ait obiectum proportionatum intellectui nostro esse quidditatem materialem; et *cc. 7* et *8*,[201] ait quod sine phantasmate nihil intelligimus; 2 etiam *Metaphysicae*[202] comparat intellectum nostrum oculis noctuae, quia sicut illis non potest intueri solem, ita ⌜nos⌝ neque intellectu nostro manifestissima naturae, quae sunt substantiae spirituales; et *1 De partibus, cap. 5*,[203] inquit: «Partem illam nobilem aeternam atque divinam minus contemplari tum possumus, quia admodum ⌞pauca⌟ illius modo sensibus patent, quorum beneficio, tum de ⌜ipsa⌝ parte divina, tum de his quae nosse cupimus, facultas nobis cogitandi, indagandique suppeditetur.» ⌞Et infra:⌟ «Res namque illas superiores, licet leviter attingere possumus, tamen ob eius generis cognoscendi excellentiam / amplius oblectamur quam si haec omnia *S 227v*
inferiora teneamus.»[204] Constat ergo ex Aristotele sententia illas substantias non posse a nobis perfecte cognosci.

Plato[205] tamen atque Plotinus[206] opinati sunt has substantias posse a nobis perfecte cognosci. Ponebat enim ipse [Plato] ⌞quidditates⌟ rerum materialium esse separatas ab individuis secundum esse, et ideo consequenter aiebat quod sicut quidditas rerum materialium

1767 Et ratio est *om. P* **1768** proprietates et *P, om. S* **1768** et quidditates *P, om. L* (et *om. S*)

9 **1777** lib. *PL, om. S* **1777** ait *S*, dicit *P* **1781** nos *P, om. S* **1781** neque *S*, nec (*post* nostro) *P* **1782** et *S*, nam *P*, denique *L* **1782** inquit *SL, om. P* **1783** aeternam *om. PL* **1783** tum *om. PL* **1784** pauca *L*, parva *SP* **1784** modo *om. PL* **1785** ipsa *PL, om. S* **1786** Et infra *PL*, unde *S* **1787** licet *S*, tametsi *PL* **1788** oblectamur *SL*, oblectamus *P* **1791** tamen *S*, vero *P* **1791** atque Plotinus *S*, et caeteri platonici *P*, Platonicique omnes (VI 6, 7) *L* **1792** cognosci *S*, intelligi *PL* **1792** quidditates *PL*, substantias *S* **1793** secundum esse *SP, om. L*

La razón es ésta: No nos es conocido ningún efecto de estas substancias que nos manifiesten sus propiedades y esencias propias ni predicados que no sean los comunes a todas las substancias. En este punto se diferencian de Dios: de él conocemos una serie de atributos que le son privativos. La razón de esta diferencia está en que, aunque Dios es de perfección más elevada, produce, sin embargo, mayor número de efectos en el universo y guarda una mayor conexión con ellos; por lo cual a partir de ellos se conoce mejor su substancia que la de los ángeles. Por consiguiente, en esta vida podemos conocer la esencia de las substancias separadas sólo de una manera general y confusa.

9. Aristóteles en este *lib. 3 De Anima* sostiene sin lugar a dudas la doctrina de estas conclusiones: en el *cap. 4*[200] dice que el objeto proporcionado a nuestro entendimiento es la esencia material; y en los *cc. 7 y 8*[201] dice que sin el acto de la fantasía no entendemos nada. También en *2 Metaphysicae*[202] compara nuestro entendimiento con los ojos de la lechuza: al igual que con ellos no puede mirar el sol, tampoco nosotros con nuestro entendimiento podemos mirar lo que en la naturaleza es más manifiesto: las substancias espirituales. Y en *1 De partibus, cap. 5*[203] afirma: «Menos podemos contemplar esa parte noble, eterna y divina, porque es muy poco lo que de ella ahora nos dan los sentidos, cuya función es suministrar a nuestra facultad pensante e investigadora el conocimiento tanto de esa misma parte divina como de lo demás que deseamos conocer.» Y líneas más abajo:[204] «Aunque podemos conocer en escasa medida esos objetos de rango superior, sin embargo, la excelencia de semejante conocimiento causa mayor fruición que la posesión de todos estos objetos inferiores.» Aristóteles, por tanto, opina claramente que no podemos conocer de modo perfecto esas substancias.

Sin embargo, Platón[205] y Plotino[206] opinaron que podemos conocer de modo perfecto estas substancias. El mismo Platón suponía que las esencias de las cosas materiales estaban separadas de los individuos según su ser.

---

[200] 429 b 10-22.
[201] 431 a 14-17; 431 b 2: 432 a 8-14.
[202] 993 b 9 sqq.
[203] 664 b 24-28.
[204] *Ib.*, 664 b 31 sqq.
[205] Cfr. *Phaedr.* 247 c sqq.
[206] Cfr. *Enn.* IV 4, 4 sq.: *o. c.*, f., xxiiv.

potest a nobis perfecte cognosci, ita etiam ideae / illae separatae, in P 369v quarum contemplatione beatitudinem nostram collocabat, ut *1 Ethicorum* est videre, *cap.* <4>.[207]

Sed fundamentum Platonis falsum est, et ita ruit eius sententia.

Ex peripateticis ⌜etiam⌝ multi asserunt substantias separatas in hac vita posse a nobis perfecte cognosci. Quod tenet Alexander Aphrodisius, libro suo *De Anima*,[208] et *9 Metaphysicae, cap. ultimo*,[209] et libro etiam *12 Metaphysicae*.[210] Idem etiam tenent Themistius,[211] Philoponus[212] et Simplicius, in hoc *3 De Anima*;[213] et Simplicius etiam *lib. De immortalitate animae*;[214] ⌜et Themistius⌝, *Paraphrasi in 3 De Anima, cc. 3* et *51*;[215] Commentator, *3 De Anima, tx. 35* et *36*;[216] Avicenna[217] et Avempace,[218] ⌜quos refert Commentator⌝;[219] et, ⌜quod mirum est, etiam tenet⌝ Albertus Magnus, <*11*> *Metaphysicae, tract. 2, cap.* <*35*>[220]; et *lib. De intellectu et intelligibili, cap.* <*11*>.[221]

Qui omnes diversis viis procedunt, quas D. Thomas, supra,[222] impugnat, ⌜et *3 Contra Gentes* elegantissime⌝. Plurimi enim eorum fundantur in hoc quod intellectus agens est substantia quaedam separata et non potentia animae, quae discursu temporis efficiebat quamdam unionem cum intellectu possibili, qua unione mediante, ⌞intellectus⌟ poterat devenire in cognitionem substantiarum separatarum. Quod confirmant ex Aristotele, *9 Metaphysicae, cap. 12*,[223] ubi ait nos posse cognoscere substantias simplices ⌜et⌝ separatas: et videtur dicere quod perfecte et quidditative, et *lib. 12 Metaphysicae, cc. 7* et *9*,[224] loquens de Deo et intellectione ⌜divina⌝, inquit illi talem inesse perpetuo contemplationem, qualis inest nobis parvo tempore, et *10 Ethicorum, cap. 7*,[225] ait felicitatem nostram sitam esse in contemplatione divinorum.

Sed fundamentum illorum falsum est, ut ex dicendis constabit, *q. 8*.[226] Et positio ipsa manifeste est contra experientiam et contra mo-

1796 collocabat *S*, collocarunt *P* **1797** 4] 7 *S*, 6 *PL* **1798** est *add.* et passim ab Aristotele confutatum (Ib.) *L* **1798** et... sententia *SP*, *om. L* **1799** etiam *PL*, *om. S* **1799** asserunt *S*, dixerunt *P*, voluerunt *L* **1802** etiam *S*, *om. PL* **1802** Metaphysicae *om. PL* **1802** etiam tenent *om. PL* **1804** et Themistius *PL*, *om. S* **1806** quos... Commentator *PL*, *om. S* **1806** quod... tenet *P*, *om. S* **1807** 11] 12 *SPL* **1807** 35] 15 *SPL* **1808** cap. 11 *om. PL* **1808** 11] 15 *S* **1810** et... elegantissime *PL*, *om. S* **1811** agens *SL* 4, *om. P* **1814** intellectus *PL*, intellectu *S* **1814** poterat *S*, posset *L* **1816** et *PL* 4, *om. S* **1818** divina *PL*, *om. S* **1818** inquit *S*, dicit *P*, *ait L* **1822** falsum *SL*, falsissimum *P*

En consecuencia, afirmaba que también podemos conocer de modo perfecto, al igual que la esencia de las cosas materiales, aquellas ideas separadas, en cuya contemplación ponía él nuestra felicidad, como puede verse en *1 Ethicorum, cap. 4.*[207]

Pero el fundamento en que se apoya Platón es falso, y así se viene a tierra su teoría.

También afirman muchos peripatéticos que podemos conocer en esta vida de modo perfecto las substancias separadas. Es lo que sostiene Alejandro de Afrodisia en su libro *De Anima*[208] y en *9 Metaphysicae, cap. último,*[209] y también en el libro *12 Metaphysicae.*[210] Lo mismo sostienen también Temistio,[211] Filópono[212] y Simplicio en este libro *3 De Anima;*[213] y Simplicio también en el libro *De immortalitate animae;*[214] Temistio en *Paraphrasi in 3 De Anima, cc. 3* y *51;*[215] el Comentador en *3 De Anima, tx. 35* y *36;*[216] Avicena[217] y Avempace,[218] a quienes cita el Comentador;[219] y también —cosa extraña— Alberto Magno en *11 Metaphysicae, tract. 2, cap. 35,*[220] y en el libro *De intellectu et intelligibili, cap. 11.*[221]

Todos ellos van por diferentes caminos, que impugna espléndidamente Santo Tomás en el lugar mencionado[222] y en *3 Contra Gentes.* Los más de ellos se fundan en la idea de que el entendimiento agente no es una potencia del alma, sino una substancia separada que en el decurso del tiempo iba labrando una cierta unión con el entendimiento posible, mediante la cual el entendimiento podía llegar al conocimiento de las substancias separadas. Buscan su confirmación en Aristóteles, *9 Metaphysicae, cap. 12,*[223] donde dice que podemos conocer las substancias simples y separadas; y parece afirmar que de modo perfecto y esencial. Y en *lib. 12 Metaphysicae, cc. 7* y *9,*[224] al hablar de Dios y de la inteligencia divina, dice que posee permanentemente una contemplación como la que nosotros poseemos por breve tiempo. Y en *10 Ethicorum, cap. 7,*[225] dice que nuestra felicidad se encuentra en la contemplación de lo divino.

---

207 Aristoteles, 1095 a 32-b 2; Cfr. *Ib.*, c. 6.
208 *De an.*, II, cc. 15 sqq.: *o. c.*, pp. 113 sq.
209 *Enarr.* 24: *o. c.*, p. 320.
210 *Enarr.* 2.20.24: *o. c.*, 370 sq. 381.385.
211 Cfr. *De an.*, III, cc. 22 sqq.: *o. c.*, 301 sqq.
212 *De an.* III: *o. c.*, f. [88].
213 2 p., part. 38: *o. c.*, ff. cxxiii sqq.
214 ?
215 ?
216 ?
217 Cfr. *De an.* [= *VI Naturalium*], p. 5, c. 3: *o. c.*, f. 24, col. 1. *Ib.*, c. 5: *o. c.*, ff. 25 sqq.
218 ?
219 ?
220 *o. c.*, t. 6, pp. 666 sq.
221 lib. III: *o. c.*, t. 9, pp. 519 sq.
222 Cfr. 1 p., qq. 12, 13 et 18.
223 1051 b 9 sqq.; b 27.
224 1072 b 14 sqq. Cfr. *Ib.* a 24 sq.; 1074 b 15-1075 a 10, passim.
225 1177 b 19-1178 a 2.

dum naturalem intelligendi animae nostrae quem experimur, et contra rationes etiam supra[227] factas; et aperte contra Aristotelem; in citatis autem locis[228] loquitur de cognitione illa, quam possumus assequi modo humano.

10. In hac etiam doctrina thomistae et scotistae dissentiunt, nam /
Scotus, ut refert Andraeas, *2 Metaphysicae, q. 3,*[229] ait substantias separa- *S 228*
tas posse a nobis quidditative cognosci. Quod etiam tenet Iandunus,
hic, *q.* ⌞*37*⌟.[230] Thomistae vero dicunt id esse impossibile, ut videre est in
Caietano, *1 p., q. 88, a. 2;*[231] / *De ente et essentia, cap.* <6>, *q. 14;*[232] *P 370*
{⌜Capreolo, in *1, d. 2, q. 1;*[233] Ferrariensis, *3 Contra Gentes, cap. 55;*[234] in
Iavello, *2 Metaphysicae, q. 3*};[235] Aegidio, hic⌝, *tx. 36.*[236]

Tamen haec dissensio tantum {est de nomine,} nam omnes concedunt non posse nos propriam et distinctam quidditatem angelorum cognoscere, quod velint nolint experientia illos docebit. Omnes etiam concedunt posse nos cognoscere quidditatem angelorum in universali et confuso. De nomine ergo dissident, nam Scotistae hanc cognitionem, licet confusam, quidditativam appellant. Thomistae vero esse cognitionem quidditatis, non quidditativam. Tamen de nomine quaestio est.

Modus autem investigandi ⌜has substantias⌝ est multiplex: Dionysius, *De divinis nominibus,* triplicem assignat, quamvis ⌞de Deo⌟ specialiter loquatur:

Primus est per attributionem, attribuendo scilicet Deo quidquid praeclarum in creaturis videmus; qui modus etiam in angelis locum habet, nam illis tribuimus, si non omnes perfectiones rerum, ta-

1826 autem *SL,* tamen *P*
1828 dissentiunt *S,* dissensionem quaerunt *PL* **1828** 228] 227 *S* **1829** Andraeas *praem.* Antonius *PL* **1830** Iandunus *S,* Ioannes de Gandavo *PL* **1831** 37 *PL,* 27 *S* **1831** id *S,* hoc *PL* **1832** 6] 7 *S,* 1 *L, om. P* **1833-1834** Capreolo... hic *PL* (IV 6, 8), *om. S* **1833** q. 1 *PP2,* q. 2 *L* **1833** cap. 55 *PL,* 45 *PP2* **1834** Iavello *PP2,* Ianduno *L* **1834** hic *P,* 3 de Anima *L* **1835** nam *SL,* enim *P* **1837** velint *SL,* vellent *P* **1838** cognoscere *S,* conceder [!] *P,* attingere *L* **1840** vero *S,* tamen *P,* autem *L* **1840-1841** esse cognitionem *om. PL,* non *add.* vero *P* **1841** Tamen... est *om. L* **1841** quaestio est *S,* non disputo *P* **1842** has substantias *P, om. S* **1843** Dionysius *add.* cap. 2 de mystica Theologia et (IV 6, 8) *L* **1843** assignat *SL,* assignant *P* **1843-1844** de Deo *PL,* à deo [?] *S* **1846** praeclarum *S,* clarum *P,* perfectum *L* **1846** videmus *S,* vidimus *P* **1846** qui modus *S,* quod *PL* **1847** rerum *SL,* rei *P*

Pero se apoyan en un fundamento falso, como se verá por lo que diremos en la *cuestión 8.*[226] El presupuesto mismo contradice manifiestamente la experiencia y el modo connatural de entender que experimentamos, propio de nuestra alma; contradice también las razones que hemos expuesto antes,[227] y está en abierta contradicción con Aristóteles, pues en los textos citados[228] está hablando del conocimiento que podemos alcanzar humanamente.

10. En esta doctrina hay también discrepancias entre tomistas y escotistas: Escoto, como indica Andrés, en *2 Metaphysicae, q. 3,*[229] dice que podemos conocer esencialmente las substancias separadas. Es también opinión de Jandún, al tratar el tema en *q. 37.*[230] Los tomistas, en cambio, afirman que esto es imposible, como se puede ver en Cayetano, *1 p., q. 88, a. 2;*[231] *De ente et essentia, cap. 6, q. 14;*[232] Capréolo, en *1, d. 2, q. 1;*[233] Silvestre de Ferrara, en *3 Contra Gentes, cap. 55;*[234] Iavello, en *2 Metaphysicae, q. 3,*[235] Gil, al tratar el tema, *tx. 36.*[236]

Pero la discrepancia es sólo nominal, pues todos conceden que no podemos conocer propia y diferenciadamente la esencia de los ángeles; quieran o no, la experiencia los ha de instruir. Todos conceden asimismo que podemos conocer la esencia de los ángeles en general y confusamente. Es, pues, una discrepancia nominal: los escotistas llaman esencial a este conocimiento, aunque sea confuso; los tomistas, en cambio, dicen que es un conocimiento de la esencia, pero no esencial. Cuestión de terminología.

La investigación de estas substancias ofrece múltiples vías. Dionisio en *De divinis nominibus,* señala tres, si bien se refiere especialmente a Dios:

La primera es por atribución, es decir atribuyendo a Dios cuanto de excelso vemos en las criaturas. Esta vía tiene también su aplicación a los ángeles: les atribuimos, si no todas las perfecciones de las cosas, sí el rango supremo de ellas, y decimos que se han de dar substancias en las que brille ese rango en su perfección.

---

226 d. 9, q. 8, nn. 3-12

227 Cfr. supra (concl. 1-4), nn. 1-7.

228 Cfr. not. 219-221.

229 *o. c.,* ff. 12 sqq.

230 *De an.* III, q. 37: *o. c.,* ff. 99v-104.

231 *Comm. in Summam Theol. D. Thomae* (1 p., q. 88, a. 2), in editione leonina, IV: «Adverte, novitie, quod inter nos et Scotum non est in hac re differentia nisi forte in verbis.»

232 *o. c.,* pp. 320-326. Cfr. ed. Laurent.

233 *o. c.,* t. 1, ff. 47 sqq.

234 passim.

235 *o. c.,* ff. 22 E-22v M.

236 *o. c.,* f. 74, col. 1.

men supremum gradum illarum, et dicimus dandas esse substantias in quibus ⌊ille⌋ gradus in sua perfectione ⌊eluceat⌋.

S e c u n d u s est per negationem earum rerum quae non habent ⌊puram⌋ perfectionem. Quo etiam modo intelligentias cognoscimus, nam intellectus, concipiens rationem entis et substantiae, conatur illas contrahere ad quodam genus entium superans haec inferiora, et tunc utitur negationibus ⌈ut⌉ immateriale, incorporeum, ⌈etc.⌉

T e r t i u s est per effectus, quo potissime usus est Aristoteles, *8 Physicorum*,[237] et *12 Metaphysicae*.[238] Et docuit D. Paulus, *ad Rom 1*: «Invisibilia enim ipsius [...] per ea quae facta sunt, etc.»[239]

Sed q u a r t u s modus addi potest: per intellectum nostrum, in quo cum superiori illo ordine convenimus. Unde D. Augustinus, *8 De civitate Dei*,[240] ait rationem intellectus nostri demonstrari esse substantias intellectuales. Idem Commentator,[241] D. Thomas,[242] et alii.

A l i u s ⌈modus⌉ esse potest ex perfectione universi. Et ⌈sic⌉ ⌊alii⌋ plures possunt excogitari. Vide D. Thomam, supra[243] et *1 p., q. 50*,[244] et *q. De spiritualibus creaturis*,[245] ⌈*q. De Anima, a. 10*⌉,[246] et *Opusc. 70 super Boetium De Trinitate*, ⌈*q. 4*⌉;[247] 2 *Metaphysicae, lect. 1*.[248]

11. Sed potissima d i f f i c u l t a s quae hic manebat est, quia anima separata potest clare et perfecte substantias separatas cognoscere; ergo ⌈et⌉ coniuncta corpori, alias impediretur a nobilissima sua operatione propter existentiam / in corpore, et sic ibi esset praeter naturam *S 228v*
suam. Sed difficultas haec tangit materiam de modo cognoscendi animae separatae. ⌊Quod⌋ propriam sedem habet in *disputatione 14*.[249]

1849 ille *PL*, illi *S* **1849** eluceat *L*, elliceat *S*, illuceat *P* **1851** puram *PL*, ullam [?] *S* **1852** concipiens *add.* generalem *L* **1854** ut *PL*, *om. S* **1854** etc. *PL*, *om. S* **1855** Tertius *add.* modus *PL* **1856** Paulus *SL*, Palud<anus> [?] *P* **1857** ipsius *S*, Dei *PL* **1857** quae... sunt *SL*, *om. P* **1858** Sed *S*, etiam *P* **1860** esse *SL*, etiam [!] *P* **1862** Alius] alia *S*, Quintus *PL* **1862** modus *PL*, *om. S* **1862** sic *PL*, *om. S* **1862-1863** alii *PL*, alie *S* **1863** possunt *S*, possent *PL* **1863** Vide *SL*, unde *P* **1863** q. 50, et *om.* [*om. transcriptionis*] *P* **1864** q.... 10 *PL*, *om. S* **1865** q. 4 *PL*, *om. S*

11 **1866** potissima *SL*, potissime *P* **1866** quae hic *S*, circa hoc *PL* **1866** est *om. PL* **1867** clare et perfecte *S*, aperte *L* **1867** et perfecte *om. P* **1867** cognoscere *S*, intelligere *PL* **1868** et *PL*, *om. S* **1869** ibi esset *SP*, illud informaret *L* **1870** materiam de *om. PL* **1870** modo *S*, modum *PL* **1871** Quod *PL*, quae *S* **1871** propriam sedem *S*, proprium locum *PL* **1871** in *om. P*

La segunda es por negación de aquellas cosas que no poseen una perfección pura. Así conocemos también las inteligencias: el entendimiento, al concebir la noción de ente y substancia, se esfuerza por aplicarlas a un determinado orden de entes de rango superior a esos inferiores; y entonces echa mano de negaciones como inmaterial, incorpóreo, etc.

La tercera es por los efectos. Es la que sobre todo utilizó Aristóteles en *8 Physicorum*[237] y *12 Metaphysicae*.[238] La indicó también S. Pablo en *Rom. 1*:[239] «Lo invisible de Dios [...] a través de sus obras» etc.

Puede añadirse una cuarta vía: por medio de nuestro entendimiento, punto de coincidencia con aquel orden superior. Por eso S. Agustín en *8 De civitate Dei*[240] dice que en razón de nuestro entendimiento se demuestra la existencia de sustancias intelectuales. Y dan su asentimiento el Comentador,[241] Santo Tomás[242] y otros.

Otra vía puede ser por la perfección del universo. Y pueden pensarse igualmente otras más. Véase a Santo Tomás, en el lugar mencionado[243] y en *1. p., 1. 50*[244] y en *q. De spiritualibus creaturis*;[245] también en *q. De Anima, a. 10*[246] y *Opusc. 70 Super Boetium De Trinitate, q. 4*;[247] *2 Metaphysicae, lect. 1*.[248]

11. Nos quedaba la dificultad más importante: el alma separada puede conocer de manera clara y perfecta las substancias separadas. Luego también en su unión con el cuerpo; si así no fuera su acción más noble quedaría impedida por su existencia en el cuerpo, y de esta manera estaría en él contra su propia naturaleza. Pero esta dificultad atañe al tema de cómo conoce el alma separada, que tiene su lugar adecuado en *disp. 14*.[249]

---

[237] cap. 4-10.
[238] cap. 6-9.
[239] *Rom* 1,20.
[240] c. 5: CChL 47, 222, 65-83: c. 6 (passim): CChL *Ib.*, 222 sqq. (PL 41, 23 qq.).
[241] *De an.*, III, comm 36: *o. c.*, (ed. Crawford), 480-501.
[242] *CG* II, c. 46; 1 p., q. 50. aa. 1.2; *De spir. creat.*, aa. 1-5.
[243] Cfr. *CG* a cap. 41 usque ad 43. Cfr. not. 338.
[244] aa. 1.2. Cfr. *Ib.*,qq. 2.12.13.88.
[245] aa. 1.5.
[246] ?
[247] op. 60 (secundum editionem romanam), q. 1.
[248] n. 6.
[249] d. 14, qq. 4-8.

12. Ultimo est notandum in hac quaestione quod, licet alias substantias spirituales imperfecte cognoscamus, tamen animam / nostram *P 370v*
perfecte cognoscimus quantum fieri potest modo humano, nam evidenter cognoscimus illam esse et quidditatem eius etiam usque ad ultimam differentiam specificam, proprietates et proprias passsiones illius.

Et ratio est, quia actus ⌊proprii⌋ animae nostrae, qui sunt potissimi effectus illius, sunt ⌈nobis⌉ notissimi et illi explicant nobis propriam virtutem animae, ut ex ⌈hactenus⌉ dictis[250] constat. De angelis vero nullum talem effectum cognoscimus.

13. Arguitur* tamen contra tertiam conclusionem, quia intellectus noster est finitus; ergo non potest cognoscere rem infinitam; ergo non potest cognoscere Deum. Maior patet, quia inter intellectum et intelligibilem potentiam et obiectum debet esse proportio; finiti autem ad infinitum nulla est proportio.

Respondetur quod infinitum duplex est: Aliud secundum essentiam, et aliud secundum quantitatem; et neutrum secundum se est omnino incognoscibile etiam a nobis, nam utrumque nos aliquo modo cognoscimus, et Deus et beati utrumque cognoscunt clare. Neutrum tamen infinitum potest a nobis ⌈perfecte⌉ cognosci in hac vita, quia ⌊neutrius⌋ habet propriam et adaequatam speciem; Deum ergo infinitum non potest intellectus noster comprehendere, neque infinite illum cognoscere, potest tamen naturali lumine aliquo modo

12 **1872** est *P, om. S* **1872** in hac quaestione *om. PL* **1874-1875** cognoscimus... evidenter *om. [om. transcriptionis] P* **1876** specificam *L,* suam *P, om. S* **1877** illius *om. PL* **1878** Et *om. PL* **1878** proprii *PL,* proprius *S* **1879** nobis *PL, om. S* **1880** hactenus *PL, om. S*

13 **1882** Arguitur... conclusionem *S,* Circa 3. conclusionem est argumentum *P,* Obiicies tamen contra conclusionem *L* **1884** ergo... Deum *S,* sed Deus est infinitus; ergo non potest ab intellectu nostro cognosci, quia infinitum a finito non potest apprehendi *L* **1884** Maior *S,* quod *P* **1886** autem *S,* vero *PL* **1886** proportio *add.* Et confirmatur ex 3 Phys., tex. 65, ubi Philosophus pronuntiat, infinitum, qua infinitum est, ignotum esse. (VI 6, 4) *L* **1887-1889** quod... est *S,* esse *P* **1888** quantitatem *SP,* molem *L* **1888-1891** et neutrum... clare *om. L* **1889** omnino incognoscibile *S,* cognoscibile *P* **1891** perfecte *PL, om. S* **1892** neutrius *PL,* neutrum *S* **1892** habet *SP,* habemus *L* **1894** aliquo modo *om. P* **1894** aliquo *S,* finito *L*

* Todo este nº 13: «Arguitur... cognosci» se encuentra en *L* antes (IV 6, 4).

12. Obsérvese, por último, en esta cuestión que, aunque conocemos de modo imperfecto las otras substancias espirituales, nuestra alma, sin embargo, la conocemos de modo perfecto, en la medida de las posibilidades humanas. En efecto, conocemos con evidencia su existencia y también su esencia hasta su última diferencia específica, así como sus propiedades y pasiones.

La razón es que los actos privativos de nuestra alma —sus efectos más nobles— nos son los más conocidos y nos dan explicación de la virtualidad propia del alma, como prueban las reflexiones hechas hasta el momento.[250] De los ángeles, sin embargo, no conocemos ningún efecto semejante.

13. Objeción contra la tercera tesis: Nuestro entendimiento es finito; luego no puede conocer algo infinito. Por consiguiente, no puede conocer a Dios. La premisa mayor es evidente: se ha de dar una correspondencia entre el entendimiento y su inteligible, entre la facultad y su objeto.

Respuesta: Hay dos tipos de infinito, uno esencial y otro cuantitativo. Ninguno de los dos nos es de suyo absolutamente incognoscible, incluso a nosotros: conocemos uno y otro en alguna medida, Dios y los bienaventurados los conocen con claridad. Pero ninguno de los dos podemos conocerlos de modo perfecto en esta vida, porque de ninguno de ellos tenemos una especie propia y perfecta. Nuestro entendimiento, por consiguiente, no puede tener comprehensión de Dios infinito ni conocerlo de modo infinito, pero puede con su luz natural conocerlo imperfectamente en alguna medida.

---

[250] d. 9, q, 5 (3.ª concl.), n. 4, lin. 1577 sqq.

imperfecte illum cognoscere. Potest etiam ⌜illum⌝ clare videre, non viribus suis naturalibus, sed supernaturali lumine adiutus. Neque inter intelligibile et intellectum requiritur certa proportio in ratione entis, sed satis est quod proportionentur in ratione obiecti et potentiae. Quod autem habet entitatem comprehenditur sub obiecto adaequato intellectus nostri, et ideo est aliquo modo proportionatum cognitioni illius, et ideo potest ab illo aliquo modo cognosci.

QUAESTIO 7

Utrum intellectus noster pendeat in cognitione sua, pro hoc statu, a cognitione phantasiae

1. / De substantia actus intellectus nostri nihil dicendum superest *S 229* praeter dicta *d. 5.*[251] De compositione autem et artificio intellectus sufficienter in *Dialectica* dictum est. Et ideo solum restat dicendum de modo operandi quem intellectus noster habet. Et est sermo de intellectu in statu animae coniunctae corpori, nam de modo intelligendi in alio statu, infra[252] dicemus.

2. Est autem in praesenti quaestione c e r t u m, [1.º], intellectum dependere a sensibus in receptione specierum, ut supra[253] ostensum

1895 imperfecte *SP, om. L* **1895-1896** Potest...adiutus *SP, om. L* **1895** illum *P, om. S* **1896** Neque *S,* nec *P* **1898** potentiae *add.* ut D. Thomas observat 1 p., quaest. 12, art 1, ad quartum *L* **1898** Quod *S,* quidquid *PL* **1899** habet *SL, om. P* **1899** adaequato *S,* adaequate [*post* comprehenditur] *PL* **1900** nostri *add.* ut cap. 1 visum est *L* **1900** ideo *S,* ita *P* **1901** aliquo modo *om. P,* utcumque *L* **1901** cognosci *add.* Ad confirmationem dic loqui ibi Aristotelem de infinito, ut importat negationem, quae non per se, sed per formam negatam cognoscitur. Sic ergo non finitum per finitum aliquid intelligitur. Vide D. Thomam, ibidem ad 2. (Ib.) *L* **1903** cognitione *S,* operatione *PL* **1903-1904** cognitione *om. P,* operatione *L* **1904** phantasiae *SL,* phantasia *P*

1 **1905** 229] 228 *S* **1906** dicta *S,* ea quae dicta sunt *P* **1909** nam *SL,* enim *P* **1910** dicemus *S,* dicetur *PL, add.* loco suo *P, add.* lib. 6 *L*

2 **1912** sensibus *SL,* sensu *P*

Puede también verlo de una manera clara, no a expensas de sus fuerzas naturales, sino con la ayuda de la luz sobrenatural. No se requiere una determinada adecuación en la dimensión de ente entre inteligible y entendimiento, basta con que la adecuación se dé en la dimensión de objeto y facultad. Ahora bien, lo que tiene entidad se inscribe plenamente en el ámbito de nuestro entendimiento; está, pues, adecuado en alguna medida al conocimiento de él y por tanto en alguna medida puede conocerlo.

CUESTIÓN 7

En el estado actual ¿depende nuestro entendimiento en su conocimiento del conocimiento de la fantasía?

1. Nada queda por decir sobre la esencia del acto de nuestro entendimiento tras lo estudiado en la *d. 5*.[251] Por lo demás se ha hablado con suficiencia en la Dialéctica sobre la producción y estructura de los actos del entendimiento. Nos queda, por tanto, únicamente hablar de la manera de actuar que tiene nuestro entendimiento en el estado de unión con el cuerpo en que se encuentra el alma; del modo de entender que tiene en el otro estado hablaremos más adelante.[252]

2. En la presente cuestión se da por cierto, en primer lugar, que el entendimiento recibe las especies con dependencia de los sentidos, como se demostró más arriba.[253] Pero sigue en pie la cuestión de si, después de recibir el entendimiento las especies, puede valerse de ellas sin trabas con independencia de los sentidos.

[251] *praesertim* qq. 1.3-5.
[252] d. 14, qq. 4-8.
[253] d. 9, q. 2.

est. Quaestio tamen manet an postquam intellectus recipit species, possit libere illis uti independenter a sensibus. /

In quo etiam est, 2.º, c e r t u m non habere in usu istarum spe- P 371
cierum dependentiam a sensibus exterioribus, nam ipsis sensibus nihil operantibus, potest intellectus operari, ut experientia docet, et maxime in viris contemplativis qui extasim patiuntur. Et Aristoteles, *10 Ethicorum*,[254] ait quod viri divini et <heroici> ita sunt attenti in contemplatione substantiarum separatarum ut nihil exterius sentiant.

3. Difficultas ergo manet an intellectus dependeat a phantasia.

Videtur ⌊etiam⌋ pars n e g a t i v a vera:

[1.º] Quia intellectus noster est constitutus in actu primi per species, et est potentia perfectior ipsa phantasia, habens ex se virtutem et lumen sufficiens ad operandum; ergo non est cur a phantasia dependeat. Unde Aristoteles, *3 De Anima, tx. 8*;[255] et *lib. 2, cap. 5*,[256] ait quod intellectus, acquisita scientia, potest operari cum vult, neque indiget extrinseco motivo.

2.º Intellectus saepe intelligit plura, quorum phantasia nullas similitudines habet, ut quando intelligit res spirituales; ergo in ea saltem operatione non pendet intellectus a phantasia.

3.º Quia alias impediretur intellectus a sua operatione per ligamentum sensus exterioris, nam tunc etiam ligatur phantasia, immo sensus exterior ligari non potest, nisi ligata phantasia quae est quasi principium omnis exterioris sensationis. Consequens est contra omnia dicta; ⌈ergo⌉.

4. In hac re Albertus, hoc *lib. 3, tract. 2. cap. 19*,[257] tenet quod intellectus, acquisitis speciebus, iam non habet dependentiam a sensu, maxime in cognitione rerum spiritualium. Idem Philoponus, *tx. 30*;[258] et *lib. 3*, hic, *cap. 4*;[259] Thienensis, *tx. 39*.[260] Idem fere tenent Averroes, *3 De Anima*;[261] Avicenna, Simplicius et Themistius, locis citatis quaestione

1915-1916 usu... specierum *S*, huiusmodi usu specierum *P*   **1918** 10] 1 *PL*
1919 heroici] eroici *S*, heroyci *P*

3 **1922** Videtur *praem.* et *P*   **1922** etiam *PL*, *om. S*   **1931** intellectus *om. PL*
1932 Quia *SL*, *om. P*   **1933** nam *S*, quia *P* , enim *L*   **1935** omnia *om. PL*
1936 ergo *PL*, *om. S*

4 **1938** iam *om. PL*   **1938** sensu *S*, sensibus *PL*   **1939** et *om. PL*

En este punto se da también por cierto, en segundo lugar, que en el manejo de estas especies no depende de los sentidos externos, puesto que sin que los sentidos mismos actúen en absoluto, puede el entendimiento actuar, como enseña la experiencia, sobre todo en personas contemplativas que experimentan éxtasis. Ya Aristóteles en *10 Ethicorum*[254] dice que los varones divinos y héroes están tan absortos en la contemplación de las substancias separadas, que externamente nada sienten.

3. Sigue, por tanto, en pie el problema de si el entendimiento depende de la fantasía.

También una respuesta negativa parece verdadera.

Primera razón: El entendimiento recibe de las especies su puesta a punto y es una facultad de mayor perfección que la propia fantasía; por sí mismo tiene la virtualidad e iluminación que precisa para actuar. Luego no hay razón para que dependa de la fantasía. Por eso Aristóteles en *3 De Anima, tx. 8*[255] y el *lib. 2, cap. 5*[256] dice que cuando el entendimiento tiene ya noticia, puede actuar cuando quiera y no necesita impulso extrínseco.

Segunda razón: A menudo conoce el entendimiento objetos, de los que la fantasía no tiene ninguna imagen; cuando conoce, por ejemplo, las cosas espirituales. Luego al menos en esa acción no depende el entendimiento de la fantasía.

Tercera razón: De lo contrario, quedaría estorbada la actividad del entendimiento por la atadura de los sentidos externos. En efecto, también queda entonces atada la fantasía, es más, el sentido externo no puede quedar atado sino por la atadura de la fantasía, que es, por así decir, el principio de toda sensación externa. La conclusión contradice todas las afirmaciones anteriores. Luego.

4. En el presente tema sostiene Alberto en este *lib. 3, tract. 2, cap. 19*[257] que una vez que el entendimiento adquiere las especies, ya no tiene dependencia de los sentidos, sobre todo al conocer las cosas espirituales. También Filópono en *tx. 30*[258] y *lib. 3,* al estudiar este punto, *cap. 4;*[259] Cayetano de Tiena en *tx. 39.*[260] La misma opinión sostienen Averroes en *3 De Anima.*[261]

---

254 *EN*, cc. 7.8: 1177 a 12-1178 b 32, passim.
255 cap. 4: 429 b 7.
256 417 a 26 sqq.
257 *De an.*: *o. c.*, 7. 5, p. 367.
258 *De an.* III: *o. c.*, f.[95ᵛ], col. 1.
259 *Ib.*, ff. [89ᵛ] sq.
260 *De an.*, III, comm. 39: *o. c.*, ff. 73ᵛ sqq.
261 comm 36: *o. c.*, (ed. Crawford), 495-502. Cfr. *Ib.*, II, comm 60: *o. c.*, (ed. Crawford), 220 sq.

praecedenti.[262] Isti enim aiunt quod in communibus operationibus pendet intellectus a phantasia, tamen in cognitione abstractissima Dei et angelorum / minime. Et D. Bonaventura[263] asseruit quod in [*S 229v*] altissima contemplatione potest intellectus ⌈omnino⌉ abstrahi a sensibus etiam interioribus et sine ulla prorsus imaginatione sensibili Deum contemplari.

Et a l i i aiunt quod etiam in cognitione sui ipsius non pendet intellectus a phantasia, neque in cognitione suarum specierum. Et Venetus, *tx.* <32>,[264] ait quod quando intellectus operatur per species elicitas a phantasmatibus dependet in sua operatione a phantasia, quando vero operatur per species, quas ipse sibi format, tunc non pendet a phantasia.

5. Communis tamen opinio tenet quod intellectus in omni operatione sua pendet a phantasia. Quod solet dici: Intellectum nihil posse nobis ⌊cognoscere⌋ nisi per conversionem ad phantasma. Per conversionem ⌈autem⌉ debet intelligi non ipsius intellectus, sed animae vel phantasiae. Tenet D. Thomas, supra;[265] Caietanus, ibi;[266] / Capreolus, [*P 371v*] in *1, d. 35, q. 2, concl. 4;*[267] Ferrariensis, *1 Contra* ⌈*Gentes*⌉, *cap. 65*; et alii thomistae; Scotus, in *4, d. 45, q. 2;*[268] Aegidius, hic, *tx. <18>*.[269]

6. C o n c l u s i o ⌈ergo⌉ est: Anima dum est in corpore habet intrinsecam dependentiam a phantasia, id est, non potest per intellectum operari nisi simul actu operetur per ⌊phantasma⌋. Quod Aristoteles hic expressit dicens: «Necesse est intelligentem phantasmata speculari». —*tx. 39*—.[270] Non quod ipsa phantasmata intelligantur, id est, cognoscantur, sed quod per illa phantasia simul operetur cum intellectu.

1942 communibus *SL*, omnibus *P* **1945** omnino *PL*. *om.* *S* **1946** imaginatione *S*, imagine *PL* **1949** neque *S*, nec **1949** Et *om. PL* **1950** 32] 30 *S*, 33 *PL* **1950** ait *S*, addit *P* **1952** non *om.* [!] *P*

5 **1954** omni *post* sua *S*, *om. P* **1955** Quod *add.* Aristotelis phrasi *L* **1955-1956** posse nobis *om. P* **1956** cognoscere *P*, *cognosci S* **1956** per conversionem *S*, conversus *P*, conversione *L* **1957**em *P*, *om. S* **1959** Gentes *P*, *om. S* **1959** 65 *add.* et lib. 2, cap. 73 *L* **1959-1960** et alii thomistae *om. PL* **1960** 18] 38 *SPL*

6 **1961** ergo *PL*, *om. S* **1961** habet *add.* hanc *P* **1962** id est *S*, quae *P*, quatenus *L* **1963** simul *om. PL* **1963** actu *add.* etiam *PL* **1963** phantasma *PL*, phantasia *S* **1965-1966** Non quod... intellectu *om. L* **1965** intelligantur, id est *om. P*

Avicena, Simplicio y Temistio, en los textos citados en la cuestión anterior.[262] Dicen estos autores que el entendimiento depende de la fantasía en su actividad ordinaria, pero de ninguna manera en el conocimiento abstractísimo de Dios y de los ángeles. Y S. Buenaventura[263] afirmó que el entendimiento puede prescindir absolutamente de los sentidos incluso internos, cuando se eleva a la más alta contemplación, y puede contemplar a Dios con total ausencia de imaginación sensible.

Otros dicen que incluso en el conocimiento de sí mismo no depende el entendimiento en modo alguno de la fantasía ni tampoco en el conocimiento de sus propias especies. Véneto en *tx. 32*[264] dice que cuando el entendimiento actúa mediante especies producidas por los actos de la fantasía, depende de ésta en su actividad; pero cuando actúa mediante especies que él mismo se forma, no depende de la fantasía.

5. Sin embargo, la opinión generalizada sostiene que el entendimiento depende de la fantasía en todas sus acciones. La formulación suele ser ésta: El entendimiento no puede proporcionarnos ningún conocimiento si no es por la vuelta al acto de la fantasía. Pero se ha de entender no por la vuelta del propio entendimiento, sino del alma o de la fantasía. Es la opinión de Santo Tomás en el lugar mencionado;[265] Cayetano, al tratar el tema;[266] Capréolo en *1, d. 35, q. 2, concl. 4;*[267] Silvestre de Ferrara en *1 Contra Gentes, cap. 65;* y otros tomistas; Escoto en *4, d. 45, q. 2;*[268] Gil, al estudiar este punto en *tx. 18.*[269]

6. Sea ésta la tesis: Mientras el alma está en el cuerpo, depende intrínsecamente de la fantasía, esto es, no puede actuar mediante el entendimiento, si al mismo tiempo no actúa de hecho mediante el acto de la fantasía. Aristóteles al tratar este punto lo expresó diciendo: «El que entiende es preciso que observe los actos de la fantasía.»—*tx. 39*—[270] No en el sentido de que se entiendan, es decir, se conozcan los actos de la fantasía, sino en el sentido de que se sirva de ellos a una con el entendimiento.

---

262 Cfr. not. 210.211.213.
263 Cfr. *Itinerarium*, VII: *o. c.*, t. 5, pp. 312 sqq. *In Hexaem.* XX: *o. c.*, t. 5, pp. 424 sqq.
264 *De an.*, comm. 32 sqq.: *o. c.*, ff. 151 sq.
265 1 p., q. 84, a. 7.
266 *Comm. in Summam Theol. D. Thomae* (1 p., q. 84, a. 7), in editione leonina, II.
267 *o. c.*, t. 1, ff. 241^{v} sq.
268 *o. c.*, t. 20, pp. 279-307, passim.
269 *De an.*, III: *o. c.*, f. 69, col. 2.
270 *De an.*, III 8: 432 a 8 sq. Cfr. *Ib.*, 431 a 16.

Idem sentit Dionysius, *cap. 2 De divinis nominibus*,[271] *De caelesti hierarchia, cap. 1*,[272] inquit: «Impossibile est nobis superlucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum ⌊circumvolutum.⌋ Idem Augustinus, *4* ⌊*super*⌋ *Genesim ad litteram, cap. 7*;[273] ⌈Gregorius, *super lib. 1 Regum, cap. 7, fol. 282*⌉.[274]

Et e x p e r i e n t i a idem docet:

1.º Quia {laesa phantasia, laeditur usus rationis; et impedita phantasia a somno, impeditur intellectus; ergo habet dependentiam.

I t e m, quando aliquid perfecte volumus intelligere, semper aliquam imaginationem sensibilem intra nos formare conamur}; et si volumus docere aliquid, ⌊sensibilia⌋ exempla quaerimus, quasi materiam dantes phantasiae a qua intellectus pendet. Et istae experientiae faciunt quidem conclusionem certam a posteriori.

Tamen ratio a priori difficile redditur.

D. Thoma, supra,[275] rationem reddit, quia obiectum intellectus nostri est quidditas rei materialis; haec autem non potest ab intellectu nostro cognosci secundum modum quem in singularibus habet, nisi per / iuvamen sensus; et ideo ad perfectam rei cognitionem necessaria S 230
est concomitantia operationis sensitivae.

7. Quae ratio multis impugnatur ab Scoto, supra;[276] et in ⌈*1*⌉, *d. 3, q. 3*.[277]

Et mihi etiam displicet, nam potissimum fundatur in hoc quod intellectus non cognoscit singularia ⌈directe. Quod tamen improbatum est.[278] Praeterea dato intellectum non cognoscere singularia⌉, tamen ex

1967 2 *S*, 7 *PL* **1968** inquit *SL*, dicens *P* **1969** circumvolutum *L*, circumvelatum *SP* **1969** Idem *add.* sentit *P* **1970** super *P*, per *S*, supra *L* **1970-1971** Gregorius... 282 *P*, *om. S* **1970-1971** super... 282 *P*, orat. 2. de Theologia *L* **1971** cap. 7 *add.* dum ait, quando numerum cognoscimus, aliud corporeum sensum, aliud rationem attingere. *L* **1972** Et *om. PL* **1972** idem *S*, id *P*, ita *L* **1973** Quia *S*, nam *P2* **1974** phantasia *S*, illa *P2* **1974** a somno *S*, per somnum *P2* **1974** intellectus *S*, usus rationis *P2* **1974** ergo... dependentiam *om. P2* **1975** Item quando *S*, et cum *P2* **1975-1976** semper aliquam *om. P2* **1976** imaginationem *S*, imaginem *P2*, *add.* illius *P* **1976** sensibilem *add.* eius *P2* **1977** sensibilia *PL*, sensibile *S* **1978** experientiae *add.* a D. Thoma citato a. 7, allatae (Ib.) *L* **1980** priori *add.* illius *P* **1984** 230] 229 *S* **1985** concomitantia *SL*, comitantia *P*

7 **1986** multis *praem.* a *P* **1986** 1 *PL*, *om. S* **1988** displicet *S*, non placet *P* **1989-1990** directe... singularia *P*, *om. S*

Es también el sentir de Dionisio en *cap. 2 De divinis nominibus;*[271] *De coelesti Hierarchia, cap. 1:*[272] «No nos puede iluminar —dice— el rayo divino, si no es envuelto en la variedad de los velos sagrados.» Es también la opinión de S. Agustín en *4 Super Genesim ad litteram, cap. 7;*[273] Gregorio en *Super lib. 1 Regum, cap. 7, fol. 282.*[274]

Así también lo enseña la experiencia:

En primer lugar, porque lesionada la fantasía, queda lesionado el uso de la razón; y cuando la fantasía queda entorpecida por el sueño, también el entendimiento. Luego hay dependencia.

Pro quo est n o t a n d u m quod inter contingentia quaedam sunt libera, ut quae pendent a voluntate. Alia vero fiunt a causis naturalibus, tamen aliquo modo impediuntur, et ideo contingentiam habent. Et in utrisque istorum sunt quaedam quae saepe ⌊eveniunt⌋, quaedam quae raro, quaedam quae ad utrumlibet. Et in communi loquendo de his quae frequenter ⌊eveniunt⌋, iudicari probabiliter potest quod eveniunt. Et sic proportionaliter de aliis. Tamen descendendo ad particularem effectum, considerandae sunt circumstantiae et signa omnia ex quibus coniectari potest quid sit eventurum. Numquam tamen certe potest cognosci et praecipue ea quae sunt libera. Et ideo qui huiusmodi futura praedicunt ut certa, saepissime decipiuntur, et spiritu daemonis loquuntur. Aliae vero sunt res futurae certae vel quia habent certas causas naturales —et istae possunt certo cognosci, dummodo subdantur divinae potestati—, vel quia sunt a Deo <revelatae>, ut iudicium.

Sed an <futurorum> sit proprie memoria [dubitari potest]. Dicit Salomon: «Memorare novissima tua.»[415] Quae tamen futura sunt.

2830-2831 rationum *L*, reationem *S* **2832** Et... praeteritorum *om. L*

6 **2833** futurorum *add.* non possumus hoc loco multa disserere, videri possunt aliis in locis in Theologia: hic breviter (IV 10, 5) *L* **2835** cognosci *add.* per vim nativam intellectus (Ib,) *L* **2836-2839** quia... cognosci *om. L* **2837** 241] 240 *S* **2841** voluntate *S*. libertate (Ib.) *L* **2842** aliquo modo *S*, aliquando (Ib.) *L* **2843** eveniunt *L*, veniunt *S* **2844** communi *S*, confuso (Ib.) *L* **2845** eveniunt *L*, veniunt *S* **2849** certe *S*, determinato iudicio (Ib:) *L* **2851** futurae *add.* satis (Ib.) *L* **2852** certas *S*, determinatas (Ib.) *L* **2852** possunt *add.* a nobis determinate ac (Ib.) *L* **2853** potestati *add.* quae facile omnes potest invertere (Ib.) *L* **2853-2853** revelatae] revelata *S* **2855-2859** Sed... secundo *om. L* **2855** futurorum] futurum *S*

Aquí está también el origen de la dependencia que tiene la memoria intelectiva respecto de los sentidos: recordamos con más facilidad las cosas que se imprimen mejor en la imaginación. Por lo cual, nos avisa Cicerón en *Rethorica*[414] que si queremos acordarnos de conceptos sutiles, los asociemos a los actos sensibles de la fantasía.

6. *El conocimiento de los futuros.* Sobre el conocimiento de los futuros, obsérvese que no podemos conocer con certeza los futuros contingentes en tanto que futuros: ni en sí, porque no existen, ni en sus causas, pues las que tienen no son seguras e infalibles. En efecto, se llaman futuros contingentes los que pueden ser y no ser; ahora bien, los que son así no tienen unas causas determinadas, aunque pueden conocerse con probabilidad por algunos signos.

Obsérvese a este respecto que entre los futuros contingentes unos son libres, como los que dependen de la voluntad; otros proceden de causas naturales, pero tropiezan con algún tipo de estorbo, y de ahí su contingencia. En ambas clases hay unos que acaecen con frecuencia, otros rara vez y otros ambas cosas. Hablando en general de los que acaecen con frecuencia, se los puede conjeturar con probabilidad. Lo mismo hay que decir en su tanto de los otros. Pero si se desciende al efecto concreto, es obligado considerar las circunstancias y todos los signos por los que se puede conjeturar qué va a suceder. Sin embargo, nunca se puede llegar a un conocimiento cierto, sobre todo en los libres. Por eso los que predicen como ciertos tales futuros, se equivocan muchísimas veces y hablan por espíritu diabólico. Otras cosas futuras son seguras porque tienen causas naturales seguras —cognoscibles con certeza, supuesta la subordinación al poder divino—, o porque han sido reveladas por Dios, por ejemplo, el juicio final.

¿Pero hay propiamente memoria de los futuros? Salomón dice: «Acuérdate de los novísimos.»[415] Y éstos son futuros.

---

[414] Ps.-Cicero, *Ad C. Herenium libri IV* [VI] *de ratione dicendi*, III, XX, 33-40.

[415] Cfr. *Ps* 73 (72),17: «... et intelligam in novissimis eorum».

Respondetur quod futurorum ut sic non est proprie memoria, tamen <certitudinum et revelationum> quas habemus de talibus futuris potest esse memoria. Et haec de secundo.

7. *An intellectus noster plures recipiat denominationes.* Ultimo loco est in hac materia sciendum intellectum nostrum recipere varias denominationes, quarum omnium significationes explicare oportet, quia non significant diversas potentias, sed unam et ⌊eamdem⌋ diversis rationibus.

Et ad illarum omnium intelligentiam notandum quod intellectus noster secundum se caret omnibus speciebus, habitibus, et potens est haec omnia recipere, et ut sic dicitur «intellectus possibilis». Haec autem potentia primo recipit species rerum vel habitus, et sic dicitur «intellectus in actu primo», vel «in habitu». Postquam vero actu operatur et ut sic dicitur «intellectus in actu secundo». In hac autem operatione multipliciter variatur, nam res quasdam cognoscit simplici intuitu, ut de primis principiis iudicat naturali lumine sine discursu, et ut sic dicitur «intellectus», quoniam in hac operatione assimilatur intelligentiis angelicis. Et ex his denique principiis, ratiocinando, ⌊conclusiones⌋ colligit, et ut sic dicitur «ratio». Unde constat rationem et intellectum eamdem esse potentiam.

Haec autem ratiocinatio fieri potest vel circa res divinas / et aeternas, aut circa res humanas et caducas. Circa res autem divinas dupliciter versatur: *S 241v*

Uno modo cognoscendo et contemplando illas. Alio modo mensurando per illas actiones nostras, ut ⌊si⌋ consideratione bonitatis Christi inferamus peccatum non regnaturum in nobis. Quod dicit Paulus, *ad Rom 6.*[416] Et ratio, utroque istorum modorum considerans divina, dicitur «ratio superior». Similiter circa res humanas versatur aut cognoscendo illas aut per illas actiones regulando, et ut sic dicitur «ratio inferior». Unde constat rationem superiorem et inferiorem esse eamdem potentiam inter se et cum intellectu. De qua distinctione D. Augustinus, *12 De Trinitate, cap. 3.*[417]

2858 certitudinum et revelationum] certitudines et revelationes *S*
7 **2863** eamdem *L*, eadem *S* **2872** iudicat *S*, indicat [!] (IV 10, 6) *LV*
2873 intellectus *add.* simpliciter (Ib.) *L* **2874-2875** conclusiones *L*, cons. *S*
2881 si *L*, sit *S*

Respuesta: No hay propiamente memoria de los futuros en cuanto tales. Puede haber, sin embargo, memoria de las certezas y revelaciones que tenemos de tales futuros.

7. *¿Recibe nuestro entendimiento múltiples denominaciones?* La última observación que es obligado hacer en esta materia es que nuestro entendimiento recibe diversas denominaciones. Es preciso explicar el significado de todas ellas, porque no significan diversas facultades sino una misma y sola facultad en sus diversos aspectos.

Obsérvese, en orden a la comprensión de todas ellas, que nuestro entendimiento de por sí está desprovisto de todo tipo de especies y hábitos, pero con capacidad de recibir todo ello. Y en este sentido se le denomina «entendimiento posible». Pues bien, esta facultad recibe en primer lugar las especies de las cosas o los hábitos. Y en este sentido se le denomina «entendimiento en acto primero» o «en hábito». Pero después actúa de hecho; y en este sentido se le denomina «entendimiento en acto segundo». Pero esta actuación admite múltiples variantes: unas cosas las conoce por simple intuición; juzga, por ejemplo, de los primeros principios con la luz natural sin proceso discursivo, y en tal sentido se le denomina «entendimiento», porque en este modo de actuar se asemeja a las inteligencias angélicas. Finalmente, partiendo de estos principios, mediante raciocinio deduce unas conclusiones, y en este sentido se le denomina «razón». Por aquí se ve que razón y entendimiento son una misma facultad.

Este raciocinio puede recaer sobre cosas divinas y eternas o sobre cosas humanas y caducas. De dos maneras son objeto suyo las cosas divinas:

Una, conociéndolas y contemplándolas; otra, mensurando por medio de ellas nuestras acciones; por ejemplo, deduciendo mediante la consideración de la bondad de Cristo que el pecado no reinará en nosotros. Es lo que hizo Pablo en *Rom 6*.[416] A la razón, que considera lo divino en ambas formas, se la llama «razón superior». De modo semejante son objeto suyo las cosas humanas conociéndolas o regulando por medio de ellas las acciones; y bajo este aspecto se la llama «razón inferior». Por aquí se ve que la razón superior y la inferior constituyen una misma facultad entre sí y el entendimiento. Sobre esta distinción habla S. Agustín en *12 De Trinitate, cap. 3*.[417]

---

[416] per totum.
[417] CChL 50, 358, III 14-20 (PL 42, 999 sq.).

Praeterea dici solet intellectus «mens», per quod non significatur alia potentia, sed explicatur dignitas intellectus nostri. Mens enim quamdam eminentiam significat in ipsa potentia intellectiva, et videtur quasi a «metiendo» dicta. Metitur enim veritatem in rebus, et quid unicuique conveniat metitur. Distingui etiam solet in anima nostra «pars opinativa» et «scientifica», unde Aristoteles, *6 Ethicorum, cap. 1*,[418] ait esse in anima nostra potestates et vires rationis participes: ⌊alteram⌋ per quam contemplamur necessaria, ad quam pertinet habitus scientiae; ⌊alteram⌋ per quam contemplamur contingentia, ad quam pertinet habitus opinionis. Unde non sunt intelligendae diversae potentiae, sed idem intellectus habet utrasque vires discurrendi scilicet et in evidentibus et in probabilibus, et ut sic diversas recipit denominationes. Et eodem modo est interpraetandus D. Augustinus, *10 De civitate*, fere per totum.[419]

Praetera dici solet intellectus «intellectus adeptus», id est, in eo statu constitutus in quo consecutus est omnia quae habere potest, quem statum in statu solo beatitudinis habet.

Et haec sunt nomina diversa intellectui imposita, nam de aliis tribus: intellectus practicus et speculativus et memoria iam dictum est.[420]

8. Ex quibus omnibus constat potentiam intellectivam esse unicam significatam diversis nominibus, iuxta diversos conceptus inadaequatos intellectus nostri.

D i c e s: Si haec omnia neque distinctionem formalem arguunt in intellectu possibili, ergo neque intellectus agens et possibilis distinguuntur formaliter, semel dato non distinguuntur realiter.

R e s p o n d e t u r: Transeat consequentia. Neque enim est magnum inconveniens.

2.º r e s p o n d e t u r negando illam, nam intellectus possibilis et agens habent obiecta adaequata et actus adaequatos omnino distinctos et in modo operandi / valde differunt, nam unus operatur cognos- S 242
cendo et non alius. Unus ⌈est⌉ in potentia ad actum primum, alius est de se constitutus in actu primo. Et tandem habent rationes distinctas,

2895-2896 alteram *L*, altera *S* **2897** alteram *L*, altera *S* **2898** intelligendae *S*, intelligentiae [!] (Ib.) *LV*

8 **2912** formalem *add.* seu **2919** 242] 241 *S* **2920** est *L*, *om. S* **2921** primo *add.* ex natura sua (Ib.) *L*

Al entendimiento se le suele también denominar «mente». Con ello no se da a entender otra facultad, sino que se explica la dignidad de nuestro entendimiento. Mente, en efecto, quiere decir una cierta eminencia en la misma facultad intelectiva; y al parecer deriva dicha voz de medir: mide la verdad en las cosas y qué es lo que conviene a cada una. Suele distinguirse también en nuestra alma la zona opinativa y la científica. Por eso dice Aristóteles en *6 Ethicorum, cap. 1*[418] que en nuestra alma se da una participación de los poderes y fuerzas de la razón: una zona nos lleva a la contemplación de lo necesario y en ella se inscribe el hábito de la ciencia; otra nos lleva a la contemplación de lo contingente y en ella se inscribe el hábito de la opinión. No hay que entenderlas, por tanto, como facultades diversas, es el mismo entendimiento el que posee estas dos virtualidades, me refiero a la capacidad discursiva tanto en las cosas evidentes como en las probables; y por esta razón recibe denominaciones diversas. En el mismo sentido hay que interpretar a S. Agustín en *10 De civitate,* en casi todo el libro.[419]

Suele hablarse además de un «entendimiento de plenitud»: el constituido en un estado, en el que ha alcanzado todo lo que puede tener; este estado es privativo de los bienaventurados.

Éstos son los diversos nombres que se asignan al entendimiento. Hay otros tres, de los que ya hemos hablado:[420] entendimiento práctico y especulativo y memoria.

8. Toda esta investigación demuestra que no hay más que una sola facultad intelectiva expresada con diversos nombres según los diversos conceptos inadecuados de nuestro entendimiento.

Objeción: Si todos estos nombres no concluyen ni siquiera en una distinción formal dentro del entendimiento posible, entonces tampoco se distinguen formalmente el entendimiento agente y el posible, una vez concedido que no se distinguen realmente.

Respuesta: no habría gran dificultad en admitir la consecuencia.

Una segunda respuesta: niego la consecuencia. El entendimiento posible y el agente tienen objetos adecuados y actos adecuados completamente distintos; hay además una gran diferencia en su modo de actuar: el uno actúa conociendo, el otro no; el uno está en potencia al acto primero, el otro está constituido de suyo en acto primero; y poseen, en fin, aspectos distintos sin que ninguno de ellos sea parte del otro.

---

[418] 1139 a 3-17.

[419] CChL 47, 271-314 (PL 41, 277-316).

[420] d. 9, q. 9: *De intellectu speculativo et practico;* d. 9, q. 10: *De memoria.*

quarum una non est pars alterius. At vero rationes aliae, quas de intellectu possibili concipimus, partiales sunt et inadaequatae, integrantes unam rationem potentiae cognoscitivae. Et ideo non est par ratio.

9. Sed praeter dicta, sunt alia nomina quae non tam ipsam potentiam intellectivam quam actum aliquem vel habitum eius significant, quarum primum est «intelligentia», quae proprie significat actualem operationem, qua rem simplici intuitu cognoscimus. Unde simplicium primarum veritatum cognitio «intelligentia» dicitur. Cum vero illam cognitionem ad alia cognoscenda applicamus, dicitur «discursus» et ab aliis «attentio». Cum vero circa aliud inquirendo insistimus, dicitur «cognitio», et in practicis «consultatio». Et cum ad cognitionem pervenimus, dicitur «sapientia» vel «rectum iudicium». Cum vero res cognitas disponimus, ut aliis manifestemus, est quaedam «interior locutio». Et per haec intelligentur alia nomina, nam omnia numerare esset prolixum.

10. *Synderesis et conscientia quid sint.* Duo tamen sunt explicanda, nempe «synderesis» et «conscientia». «Synderesis» non est nomen intellectus, sed cuiusdam habitus existentis in illo, facilitans illum ad assentiendum primis principiis practicis. Unde graece «synderesis» dicitur, quod nomen «conservationem» significat, quia iudicia huius habitus ut plurimum observanda, vel certe quia illius munus est observare et conservare in nobis dignitatem rationalis naturae. De hoc habitu et alio, qui circa speculativa versatur —et «habitus principiorum» dicitur— videantur dicta alibi.[421]

«Conscientia» vero significat habitum quemdam dimanantem a synderesi immediate vel mediante iudicio alicuius conclusionis practicae. Est enim conscientia quoddam actuale examen nostrarum operationum, in quo iudicamus illas esse malas vel bonas. Si iudicamus esse malas statim sequitur in voluntate quidam remorsus et tristitia quaedam, quae «vermis» dicitur. Si autem nihil reprehensibile in illis inveniatur, sequitur quies quaedam et gaudium. Et ideo dicitur *2 Cor 1*[422] quod «gloria nostra [haec] est testimonium conscientiae nostrae». Et ideo Durandus, in *2, d. 39, q.* <4>,[423] dixit conscientiam esse habitum / *S 242v*

9 **2928** simplicium *S*, simplex (IV 10, 8) *L*

10 **2941-2942** iudicia... observanda *S*, iudicio talis habitus plura sunt conservanda (IV 19, 9) *L* **2942** observare et *om. L* **2951** reprehensibile] apprehensibile (¡) (IV 10, 9) *V* **2954** 4] 2 *S*

Pero los aspectos que concebimos del entendimiento posible son parciales e incompletos en orden a la unidad completa de la facultad cognoscitiva. Por consiguiente, no es el mismo caso.

9. Además de las denominaciones mencionadas hay otras que no señalan tanto la facultad misma intelectiva cuanto alguno de sus actos o hábitos. La primera es la de «inteligencia», que en rigor significa la operación actual con que conocemos algo por simple intuición. Inteligencia se denomina al conocimiento de las primeras verdades simples. Pero cuando aplicamos ese conocimiento de otras cosas, se lo denomina «raciocinio», otros lo llaman «atención». Cuando nos detenemos para investigar algo, tenemos la «reflexión», y en los asuntos prácticos la «consulta». Cuando alcanzamos el conocimiento, la denominación es «sabiduría» o «juicio recto». Pero cuando manejamos las cosas conocidas para aclarárselas a los demás, tenemos una cierta «voz interior». Con estas denominaciones se entenderán las demás; sería prolijo enumerarlas todas.

10. *Concepto de sindéresis y conciencia.* Sin embargo, es obligado declarar dos puntos: «sindéresis» y «conciencia». «Sindéresis» no es nombre que se aplica al entendimiento, sino a un determinado hábito que se da en él y que le facilita el asentimiento a los primeros principios prácticos. «Sindéresis» es nombre griego que significa «conservación», porque los juicios de este hábito se han de observar en su mayor parte, o ciertamente porque su función es observar y conservar en nosotros la dignidad de la naturaleza humana. Véase lo dicho en otro lugar[421] sobre este hábito y el otro que tiene por objeto lo especulativo y se le denomina «hábito de principios».

«Conciencia» significa un hábito que dimana directamente de la sindéresis o mediante el juicio de alguna conclusión práctica. La conciencia, en efecto, es una especie de examen actual de nuestras acciones, en el que juzgamos que son malas o buenas. Si juzgamos que son malas, al punto sigue en la voluntad un cierto remordimiento y una cierta tristeza que recibe el nombre de «gusano». Pero si no encontramos en ellas nada reprensible, se sigue una cierta paz y gozo. Por eso se dice en *2 Cor 1:*[422] «El motivo de nuestro orgullo es el testimonio de nuestra conciencia.» Por eso también Durando en *2, d. 39, q. 4*[423] dijo que la conciencia es un hábito de la voluntad; pero con menos exactitud, porque la conciencia, como su mismo nombre indica, significa «conocimiento»; en cambio, lo que se sigue en la voluntad es un efecto de la buena o mala conciencia.

---

421 Cfr. Aristotelem, *EN* VI 6: 1121 a 7.

422 *2Cor* 1,2.

423 n.º 11: «Synderesis et conscientia non sunt aliquid unum, sed includit quodlibet eorum aliquid pertinens ad intellectum, et aliquid pertinens ad voluntatem.»

voluntatis. Sed minus bene, nam ut ex ipso nomine constat, conscientia «cognitionem» significat; id autem quod in voluntate sequitur effectus est bonae vel malae conscientiae. Solet aliquando sumi conscientia pro ipso habitu synderesis. Et ideo D. Damascenus[424] [dicit] quod est lumen nostri intellectus; D. Basilius esse «naturale iudicatorium»;[425] Hieronymus, *Super Ezechielem*,[426] idem dicit. Quae omnia D. Thomas[427] refert et optime declarat.

2956 effectus] affectus (Ib.) *L*

A veces suele tomarse conciencia por el hábito mismo de la sindéresis. Así S. Damasceno[424] dice que es la luz de nuestro entendimiento; S. Basilio dice que es «el lugar natural del juicio»;[425] lo mismo dice S. Jerónimo en *Super Ezequielem*.[426] Todo ello lo recoge Santo Tomás[427] y hace una brillante exposición.

---

424 *De fide orthodoxa* IV 22: PG 94, 1200.
425 *In prov. homilia* 12: PG 31, 405: «kritérion physikón».
426 *In Ez.* I 1, 6-8 a: CChL 75, 12, 218 sq. (PL 25, 22).
427 1 p., q. 79, aa. 12 sq.

DISPUTATIO DECIMA

De appetitivis potentiis in communi

1. Quinque ⌊distinxit⌋ Aristoteles, in principio secundi libri,[1] genera potentiarum animae, ex quibus tria a nobis sunt ⌊explicata⌋,[2] scilicet potentiae vegetativae, sensitivae et intellectivae. Superest ut de potentiis appetitivis dicamus atque adeo de potentia motiva secundum locum, quae cum appetitivis magnam affinitatem habet. Et quantum de his Aristoteles egit indistincte in reliqua parte *3 De Anima*.[3]

2. Et ideo reliquam doctrinam ab illo traditam breviter exponemus. A *cap.* ergo *9* agit Aristoteles de potentia motiva secundum locum et in toto illo capite disputative procedit, nihil definiens. Tamen ex illo possunt colligi istae conclusiones quae ad disputationem de appetitu pertinent:

Prima conclusio: Potentia appetitiva diversa est ab aliis potentiis animae.

Secunda conclusio: Haec potentia in participe rationis voluntas dicitur. In expertibus autem rationis cupiditas atque ira.

Tertia conclusio: ex *cap. 10*:[4] Principia motus localis sunt intellectus practicus seu phantasia et appetitus.

Quarta conclusio quaestionis: Appetitus alicuius est gratia, et illud idem est principium a quo incipit intellectus practicus, nam primum quod apprehenditur est finis, licet ultimum sit principium actionis, id est, ultimum medium et magis remotum ab ultima consecutione finis est primum a quo debet incipere consecutio finis consequendi.

1 **3** distinxit *L*, dixit *S* **4** explicata *L*, explicanda *S* **8-9** De anima *add.* methodice vero D. Thomas, 1 p., a. q. 80 et ultra, aliique Scholastici Christiani (*V*, Intr.) *L*

2 **10-55** Et ideo... explicata *om. L*

DISPUTA DÉCIMA

Sobre las facultades apetitivas en general

1. Aristóteles, al principio del libro[1] segundo, distingue cinco clases de facultades del alma. Hemos estudiado[2] tres de ellas: la facultad vegetativa, la sensitiva y la intelectiva. Nos queda por explicar las facultades apetitivas; también la facultad relativa al movimiento local, que tiene una gran afinidad con las apetitivas. De ellas trató Aristóteles indistintamente en la restante parte *3 De Anima*.[3]

2. Expondremos, pues, brevemente, los restantes temas que él trata. A partir del *cap. 9* estudia Aristóteles la facultad relativa al movimiento local. En todo ese capítulo procede en forma de discusión, sin definir nada. Pueden deducirse, sin embargo, de él estas tesis que atañen a la disputa sobre el apetito.

Tesis primera: La facultad apetitiva es diversa de las otras facultades del alma.

Tesis segunda: Esta facultad se llama voluntad en los seres que participan de razón, instinto e ira en los que no participan de razón.

Tesis tercera tomada del *cap. 10*:[4] los principios del movimiento local son el entendimiento práctico o la fantasía y el apetito.

Tesis cuarta: el apetito es por causa de algo, y ese algo es también el principio de donde arranca el entendimiento práctico: lo primero que se aprehende es el fin, aunque sea el último principio de la acción; quiero decir, el medio último y más alejado del último logro del fin es el punto en donde debe arrancar el logro del fin que se va a conseguir.

---

[1] *De an.*, 414 a 31. sq.
[2] dd. 4-9.
[3] cc. 9-12: 432 a 15-435 a 10.
[4] 433 a sq.

Quinta conclusio: Primum principium motus localis est ipsum appetibile apprehensum in intellectu vel imaginatione. Hoc enim est quod primum movet, non motum. Intellectus autem et appetitus ad motum concurrunt inquantum in ipso appetibili uniuntur, illud amando et cognoscendo.

/ Sexta conclusio: In animalium motu tria inveniuntur, *S 243*
scilicet: unum immobile —et hoc est bonum quod sub actione cadit—; aliud est movens motum —et hoc est appetitus, qui ab appetibili movetur—. Quod movetur est animal. Quo appetitus movet est quoddam instrumentum ipsius appetitus, quod quidem corpori attribuendum scilicet est, et ibi collocandum, ubi est principium et terminus motus.

Septima conclusio ex *cap. 11:*[5] In imperfectis animalibus imperfecta quaedam est imaginatio et appetitus, nam dolorem sentiunt et cupiditatem, et ita in eis est quidam indeterminatus motus.

Octava conclusio: Phantasia deliberationem non habet. Sed haec proprie est rationis. Sed haec potest sola plura componere et unum ex alio concludere et per aliud mensurare. Et ideo appetitus, qui phantasiam sequitur, deliberationem non habet. Voluntas autem habet.

Nona conclusio: Appetitus sensitivus aliquando vincit voluntatem, aliquando vero ipsa voluntas trahit secum ipsum appetitum, sicut sphaera superior inferiorem.

Decima conclusio: Intellectus speculativus non movet, sed manet. Practicus vero esse potest et universalis et particularis et uterque diversimode movet, nam universalis, ut quiescens, id est ut causa prima; particularis vero ut motus motum, id est, ut proxima causa movens in virtute primae universalis. In *cap. 12* et *13*[6] nihil dicit novi, sed ordinem potentiarum animae et sensuum repetit. Quae omnia a nobis sunt explicata.[7]

32 243] 242 *S*

Tesis quinta: el primer principio del movimiento local es el objeto mismo apetecible aprehendido en el entendimiento o en la imaginación. Este objeto es lo que mueve en primer lugar, no lo movido; el entendimiento y el apetito intervienen en el movimiento en cuanto se encuentran en el objeto mismo apetecible, deseándolo y conociéndolo.

Tesis sexta: se dan tres elementos en el movimiento de los animales: lo que mueve, lo que se mueve y aquello con lo que mueve. Lo que mueve es de dos tipos: uno que no se mueve —el bien, objeto de la acción—; y otro que mueve el movimiento —el apetito movido por el objeto apetitivo—. Lo que se mueve es el animal. Aquello con lo que el apetito mueve es un instrumento propio suyo, que es preciso atribuir al cuerpo y colocarlo allá donde está el principio y término del movimiento.

Tesis séptima tomada del *cap. 11:*[5] en los animales imperfectos se da de modo imperfecto imaginación y apetito, pues experimentan dolor e instinto. Se da, por tanto, en ellos cierto movimiento indeterminado.

Tesis octava: la fantasía no posee deliberación. Ésta es privativa de la razón. Puede por su cuenta combinar diversos elementos y deducir uno de otro y mensurar por medio de otro. Por tanto, el apetito que sigue a la fantasía, no posee deliberación; la voluntad, en cambio, sí.

Tesis novena: el apetito sensitivo algunas veces vence a la voluntad, pero otras es la voluntad misma la que arrastra consigo al apetito, como hace la esfera superior con la inferior.

Tesis décima: el entendimiento especulativo no mueve, sino que se mantiene; el práctico, en cambio, puede ser tanto universal como particular; uno y otro mueve de manera diversa: el universal como quiescente, esto es, como causa primera; el particular como mueve el movimiento al móvil, esto es, es como causa próxima que mueve en virtud de la primera y universal. En los *cap. 12* y *13*[6] no dice nada nuevo; vuelve a repetir el orden de las facultades del alma y de los sentidos. Temas todos que ya hemos expuesto.[7]

---

[5] 433 b 31-434 a 21.
[6] 434 a 22-435 b 25.
[7] dd. 4. 7.

QUAESTIO 1

Utrum in omni re cognoscente sit necessaria specialis potentia ad appetendum

1. Materiam hanc incipimus a quaestione «an est», quoniam appetitus videtur quid commune animatis et inanimatis. Quaelibet enim res aliquam inclinationem habet; appetitus autem et inclinatio <idem> esse videntur, et ideo non videtur haec potentia specialiter ⌈animantibus⌉ tribuenda. Ut ergo diversitatem appetituum explicemus, est necessaria distinctio appetitus in naturalem et elicitum. De quo diximus *1 Physicorum, cap. 8, q. 4.* Dicitur enim appetitus quaelibet propensio quam quaecumque / res habet in suum proprium bonum. *S 243v*
Quae propensio non est proprie appetitus, sed metaphporice. Neque est specialis potentia neque fit per aliquam actionem ipsius appetentis, sed solum est coaptatio naturalis quam unaquaeque res habet cum alia ad quam ordinatur. Unde talis appetitus non ⌊supponit cognitionem⌋ nec habetur ab ipso appetente, sed illi datur a natura et ad proprium commodum tendit. Unde hic appetitus naturales tot multiplicantur quot sunt diversae inclinationes naturales. De hoc ergo appetitu non est in praesenti sermo.

1 **61** idem] ideo, *add. inter lineas* D. Th. 1 p., q. 80, 1º *S* **62-63** animantibus *L, om. S* **65** q. 4 *add.* circa quartam materiae proprietatem (V 1, 1) *L* **70** supponit cognitionem *L*, supponitur ad cognitionem *S* **74** sermo *add. in margine a. m.* Circa appetitum naturalem, seu innatum —qui inclinatio quaedam est ab auctore naturae indita, qua unaquaeque res absque ulla praevia cognitione sua in bonum propensa est—, nota quod est duplex: proprius et improprius. Hic est qua res propensae sunt in bonum materialiter, id est, in id quod bonum est seu conveniens, non tamen sub ratione boni seu convenientis. Hoc modo propensi sunt sensus et intellectus in sua obiecta. Sensus enim non fertur in sensibilia, ut sunt bona sentientibus, sed ut sensibilia tantum. Et eo modo intellectus proprie dictus est quo res propensae sunt in bonum formaliter, hoc est, in bonum sub ratione boni. Quomodo respiciunt sua obiecta appetitus sensitivus, qui concupiscibilem et irascibilem complectitur, et intellectivus qui dicitur voluntas? Ille quidem, quia respicit sensibilia, ut sunt bona sentientibus; hic vero, quia respicit intelligibilia, ut sunt bona intelligentibus Nota cum Fonseca, 1 Methapysicae, c. 1. q. 1. sect. 3 [*o. c.*, t. 1, col. 61 sq.] quod «intra appetitus innatos tantum sensitivum et intellectivum esse qualitates earum rerum, quarum sunt appetitus.

CUESTIÓN 1

¿Se requiere una facultad especial apetitiva en todo ser cognoscitivo?

1. Comenzamos esta cuestión con la pregunta por la «existencia», puesto que el apetito parece ser algo común a seres animados e inanimados. En efecto, toda cosa posee una inclinación. Ahora bien, apetito e inclinación parecen ser una misma cosa. No parece, pues, que haya que atribuir esta facultad a los seres destacadamente preeminentes. Por tanto, para explicar la diversidad de apetitos, es imprescindible la distinción del apetito en natural y elícito. Ya hablamos de ello en *1 Physicorum, cap. 8, q. 4*. Se llama apetito natural a cualquier inclinación que posee toda cosa hacia su propio bien. Tal inclinación no es en rigor apetito, sino en un sentido metafórico. Tampoco es una facultad peculiar ni está producida por alguna acción del propio apetente, sino que es sólo el acoplamiento natural que cada cosa tiene con la otra a la que está ordenado. Tal apetito, pues, no supone conocimiento ni lo tiene el apetito por sí mismo, sino que se lo da la naturaleza y tiende a su propio provecho. Por tanto, hay tantos apetitos naturales cuantas naturales inclinaciones diversas existen. De este apetito, pues, no tratamos aquí.

2. Prima conclusio: Praeter hunc appetitum naturalem est in qualibet re cognoscente specialis potentia animae per quam appetit proprio actu vitaliter.

Haec conclusio constat experientia, cuius rationem reddit {D. Thomas,[8] nam appetitus sequitur formam, et ideo iuxta diversum modum et iuxta diversam rationem formae sequitur diversa ratio appetitus. Res autem inanimatae informantur forma sua naturali, et ideo tantum habent inclinationem naturalem consequentem illam formam. Res autem cognoscentes informantur etiam per cognitionem formarum aliarum rerum altiori quodam modo, et fiunt res ipsae cognitae vitaliter et intentionaliter.} Et ideo habent altiorem appetitum vitalem, qui consequitur cognitionem. Quae ratio aliis modis exponitur.

Quae probatur 2.º Quia res cognoscentes prius quaerunt propria bona quam quaerant et exequantur illa media quibus illa bona sunt consecuturae; unde in suis operationibus cognitione ducuntur; ergo est necessaria potentia ad appetendum illa bona quae debent consequi. Parum enim sufficeret res cognoscere nisi illas appeterent, nam si non esset appetitus, non esset consecutio, nam appetitus est causa executionis. Mediat enim inter cognitionem et executionem; illam sequitur et hanc praecedit.

3.º probatur. Nam res cognoscentes apprehendunt quid sit nocivum toti animali et singulis eius partibus, ut capiti, pedi, etc.; ergo necessaria est una potentia specialis animae quae hanc cognitionem se-

Nam nec appetitus gravitatis, qua terra propensa est in locum infimum, nec appetitus materiae aut sensuum aut intellectus est aliqua earum qualitas, quippe cum hae res ex se ipsis, et detracta omni alia qualitate, eiusmodi appetitus habeant, sed omnia huiusmodi denominantur appetentia similitudine ea, quam habent cum rebus, quae vere ac proprie dicto appetitu praeditae sunt. Quod si quis obiciat gravitatem esse appetitum terrae levitatemque appetitum ignis, et tamen esse qualitates terrae ac ignis, neganda est prior propositio. Nam si gravitas et levitas essent appetitus ignis ac terrae, eorum actus essent actus appetendi, quemadmodum appetitus sensitivi actus [et intellectivi]. Sed est argumentum contra: «Intellectus respicit suum obiectum sub ratione veri..., ergo non appetit illud naturaliter, alioquin respsiceret [quoque] illud sub ratione boni, quod est formale obiectum appetitus, et ex consequenti darentur in eo duae entitates seu essentiae: una intellectus, altera appetitus.» Quod est falsum, nam «nulla potentia indiget aliqua alia entitate, ut proprium subiectum appetat [...].» Neganda tamen est tota illatio, «nam quae non habent appetitum proprie dictum non appetunt bonum ut sic, sed habent se more appetentium, ut patet ex dictis.» *S*

2 **91** res *add.* bona intenta *L*

2. Tesis primera: En todo ser cognoscitivo se da además de este apetito natural una facultad peculiar del alma, mediante la cual apetece vitalmente con un acto que le es propio.

Esta tesis es un dato de experiencia. Santo Tomás[8] da la razón: el apetito se deriva de la forma, y por esto según el modo y la diversa índole de la forma resulta una diversa índole de apetito. Ahora bien, los seres inanimados están configurados por su propia forma natural, y por eso poseen sólo una inclinación natural derivada de esa forma. En cambio, los seres cognoscitivos están configurados además por el conocimiento de las formas de otras cosas, en una modalidad más elevada; y se hacen las cosas mismas conocidas de un modo vital e intencional; por eso poseen un apetito vital más elevado, derivado del conocimiento. El argumento admite otros modos de exposición.

Segunda prueba: Los seres cognoscitivos buscan su propio bien antes de buscar y conseguir los medios para alcanzar ese bien. En su actividad se conducen, pues, por el conocimiento. Luego es imprescindible una facultad para apetecer esos bienes que deben alcanzar. De poco serviría conocer las cosas, si no las apeteciera: si no hubiera apetito, no habría logro, pues el apetito es la causa del logro. El apetito está entre medio del conocimiento y del logro; sigue al primero y precede al segundo.

Tercera prueba: Los seres cognoscitivos aprehenden lo que es nocivo al animal entero y a cada una de sus partes, como la cabeza, el pie, etc. Luego se requiere una facultad peculiar del alma que siga a este conocimiento y esté ordenada a alcanzar el bien y ahuyentar el mal del todo y cada una de sus partes.

---

[8] 1 p., q. 80, a. 1.

quatur et ordinetur ad consequendum bonum et fugiendum malum totius et singularium partium. Unde ⌊in⌋ hoc differt appetitus naturalis ab appetitu elicito, nam cum appetitus naturalis nihil aliud sit quam res ipsa, ut inclinata, per se primo tantum ordinatur ad bonum particulare, ut appetitus oculi est ad videndum, etc. At vero appetitus elicitus est specialis potentia respiciens bonum totius et singularium partium; unde hic appetitus elicitivus / non communicatur animalibus S 244 nisi secundum diversos gradus cognitionis, ut infra.[9] Appetitus autem naturales tot multiplicantur quot res appetitae.

4.º probatur. Nam haec est differentia inter res cognoscentes et non cognoscentes, quod istae non se movent proprie, sed potius moventur, vel saltem feruntur pondere quodam naturali ad perfectiones suas, quando illis carent. At vero res cognoscentes movent se non solum ex naturali pondere, sed ex cognitione, ergo ex tali cognitione oritur in illis pondus aliquod ⌊seu⌋ appetitus, ratione cuius moventur.

Et confirmatur. Nam in animalibus sunt diversae potentiae et instrumenta operationum; est ergo necessaria una potentia applicans omnes ad operationes suas; et hoc est appetitus.

3. *Appetitus alius sensitivus, alius rationalis.* Secunda conclusio quae ex prima sequitur: Secundum diversos gradus rerum cognoscentium sunt etiam diversi gradus appetituum. Unde sicut duplex est gradus cognoscentium, scilicet sentientium et intelligentium, ita duplex est appetitus: sensitivus et rationalis, materialis et spiritualis.

Conclusio est omnium theologorum et philosophorum. Et ex prima aperte sequitur, nam si cognitio est radix et origo huius appetitus, ex diverso genere cognitionis sequitur diversum genus appetitus. Quod etiam patet, nam appetitus, sequens cognitionem sensitivam non superat illum gradum, unde tantum versatur circa res materiales et singulares, et appetitus, consequens cognitionem intellectivam, non debet esse inferioris ordinis quam ipsa cognitio, et ita versari potest circa res spirituales et universales; sunt ergo isti appetitus distincti,

99 in *L*, *om. S* **102** ut... etc. *om. L* **106** appetitae *add.* Videatur Cajet[anum], 1 p., q. 10, art. 1 (V 1, 2) *L* **112** seu *L*, sui *S* **112** moventur *add.* ad perfectiones non habitas sponte (V 1, 2) *L*

3 **122-123** Et... sequitur *om. L*

En esto justamente se diferencia el apetito natural del apetito elicitivo: como el apetito natural no es otra cosa que el ser mismo en cuanto posee esa inclinación, primordialmente está de suyo ordenado a un bien particular, por ejemplo el apetito del ojo a ver, etc. Pero el apetito elicitivo es una facultad peculiar que mira al bien del todo y de cada una de las partes. Por eso no se da a los animales este apetito elicitivo sino conforme a los diversos grados de conocimiento, como veremos después.[9] En cambio, hay tantos apetitos naturales cuantas cosas apetecidas.

Cuarta prueba: La diferencia entre seres cognoscitivos y no cognoscitivos está en que éstos en rigor no se mueven, sino que más bien son movidos, o al menos son llevados por un cierto peso natural hacia sus perfecciones, cuando carecen de ellas. En cambio, los seres cognoscitivos se mueven no sólo por su peso natural, sino por el conocimiento. Luego de ese conocimiento resulta en ellos un peso o apetito, en función del cual se mueven.

Razón confirmativa: En los animales se dan diversas facultades e instrumentos de acciones. Luego es imprescindible una facultad que haga a todas las demás aplicarse a sus acciones; y ésta es el apetito.

3. *Dos clases de apetitos: sensitivo y racional.* Tesis segunda derivada de la primera: Conforme a los diversos grados de seres cognoscitivos, se dan también diversos grados de apetitos. Por consiguiente, al igual que hay un doble grado de seres cognoscitivo, a saber, sensitivos e intelectivos, hay también un doble apetito: sensitivo y racional, material o espiritual.

Sostienen la tesis todos los teólogos y filósofos, y se deriva abiertamente de la primera. En efecto, si el conocimiento es raíz y origen de este apetito, de una clase diversa de conocimiento derivará una clase diversa de apetito. Es asimismo evidente: el apetito que sigue al conocimiento sensitivo no supera ese grado; su objeto, pues, lo constituyen exclusivamente las cosas materiales y singulares. Y el apetito que sigue al conocimiento intelectivo, no puede ser de orden inferior al del conocimiento mismo; ello significa que puede tener por objeto cosas espirituales y universales.

---

9 ?

quorum primus in brutis, secundus in angelis, uterque simul in homine reperitur, nam in solo homine uniuntur cognitio sensitiva et intellectiva et in utraque habet complementum illi debitum et quidquid ex vi utriusque consequitur.

Unde etiam in fide certum est dari in homine hos duos appetitus, quorum repugnantia habetur ad *Rom 7:*[10] «Vidi [...] aliam legem, etc.»; ad *Gal 5:*[11] «Caro [...] concupiscit, etc.» Item patet ex illo *Mt 16:*[12] «Qui vult venire post me, abneget semetipsum.» Alius enim est appetitus qui abnegat et alius qui abnegatur. Et *cap. 26:*[13] «Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.» *Eccle 2:*[14] «Nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur.» Prohibere ⌊voluntatis⌋ est, voluptas vero appetitus sensitivi; et *[Ecclo], cap. 18:*[15] «Post concupiscentias tuas...».

Experientia etiam docet istorum appetituum distinctionem, nam appetitu sensitivo sensibilia prosequimur, rationali supernaturalia et divina.

/ Advertendum tamen non esse de fide hos appetitus esse entitates realiter distinctas inter se et ab anima —non enim ad opiniones pertinet—, sed tantum est certum esse in nobis potentias ad efficiendos actus utriusque appetitus sive sint distinctae entitatis sive non. *S 244v*

Verum tamen est quod opinio asserens esse entitates distinctas est multo verior et fidei conformior.

Sed argues:

1.º Nam si in omni natura cognoscente datur appetitus elicitus, etiam dabitur in Deo, cum ille sit cognoscens. Consequens est falsum, nam ⌊appetere⌋ indigentis est et carentis bono quod appetit. Unde appetere imperfectionem supponit.

Circa secundam conclusionem est etiam difficultas. Superfluum enim ponitur in hoc duplex appetitus, nam unus sufficit ad omnia illa ad quae diximus esse necessarium appetitum.

Ad primum respondetur quod appetitus ut sic videtur significare desiderium quod est debitum bono non habito; et huiusmodi appetitus non est in Deo, quantum ad proprium bonum praecipue. Quantum ad bona autem nostra, solet illi tribui desiderium, sed metaphorice magis quam proprie. Tamen hic non sumimus appetitum illo

131 uniuntur *S*, invenitur (V 1, 2) *L*   **140** voluntatis *L*, voluptatem *S*
147-148 opiniones *add.* philosophicas (V 1, 3) *L*   **155** appetere *L*, a parte rei (¡) *S*

Se trata, pues, de dos apetitos distintos. el primero se da en los animales, el segundo en los ángeles, y ambos al mismo tiempo en el hombre, porque sólo en el hombre van unidos conocimiento sensitivo e intelectivo y en ambos encuentra el complemento que le es debido y cuanto resulta en virtud de uno y otro.

Incluso por la fe consta que se dan en el hombre estos dos apetitos, de cuya reluctancia se habla en *Rom 7:*[10] «Veo otra ley, etc.»; en *Gal 5:*[11] «La carne desea contra el espíritu, etc.». Lo evidencia asimismo el texto de *Mt 16:*[12] «Quien quiera venir en pos de mí, que se niegue a sí mismo.» Uno, en efecto, es el apetito que niega y otro el que es negado. Y en el cap. 26:[13] «El espíritu es animoso, pero la carne es débil.» En *Eccle 2:*[14] «No prohibí a mi corazón disfrutar de todo placer.» Prohibir es privativo de la voluntad; pero el placer, del apetito sensitivo. En *Eccle 18:*[15] «No vayas tras tus concupiscencias.»

También la experiencia enseña la distinción de estos apetitos: con el apetito sensitivo vamos tras lo sensible, con el racional tras lo sobrenatural y divino.

Pero téngase en cuenta que no es de fe el que estos apetitos sean entidades realmente distintas entre sí y del alma, esto es materia de opinión. Lo único cierto es que se dan en nosotros potencias para producir los actos de uno y otro apetito, sean o no entidades distintas.

Pero la verdad es que la opinión que sostiene la distinción de entidades es más verdadera y conforme a la fe.

Objeción:

Primero. Si en toda naturaleza cognoscitiva se da apetito elicitivo, también se dará en Dios, puesto que es cognoscitivo. La conclusión es falsa, puesto que el apetecer es propio de quien está necesitado y carece del bien que apetece. Luego el apetecer supone imperfección.

Nueva dificultad sobre la segunda tesis: Ese doble apetito es inútil; uno sólo basta para cumplir las funciones que dijimos hacían imprescindible el apetito.

Respuesta a la primera dificultad: El apetito en cuanto tal parece significar el deseo por un bien que no se posee; y en este sentido no hay apetito en Dios, sobre todo en relación con su propio bien. En relación con nuestros bienes, suele atribuírsele deseo, pero más en sentido metafórico que propio. Aquí, sin embargo, no tomamos apetito en ese sentido, sino en cuanto significa la capacidad de amar vitalmente un bien.

---

10 *Rom* 7,23.
11 *Gal* 5,17.
12 *Mt* 16,24.
13 *Mt* 26,41.
14 *Eccle* 2,10.
15 *Ecclo* 18,30.

modo, sed ut significat virtutem amandi vitaliter aliquod bonum; et haec virtus in Deo est non a sua essentia distincta, sed est ipsamet essentia, quatenus se ipsam amat et in propriis bonis gaudet, ex quo etiam creaturas amat.

Ad secundum dicitur id non esse superfluum, quia est debitum huic naturae quae superiora et inferiora in se quadammodo complectitur, sicut etiam non est superfluum habere duplicem cognitionem, intellectivam scilicet et sensitivam, quia sensitiva intellectivae deservit. Et ita etiam appetitus sensitivus deservit rationali, ut vehementius afficiatur. Quod si illi contrariatur, etiam deservit in exercitium et meritum. Est etiam utilis ut prospiciat bona corporis tamquam illi maxime connaturalia. Voluntas vero hunc refrenat et dirigit.

QUAESTIO 2

Utrum obiectum appetibile debeat necessario esse bonum aliquod

1. Pro parte negativa arguitur:

1.º Nam obiectum potentiae est id circa quod potentia / elicit actus; sed appetitus non tantum elicit actus circa bonum, sed etiam circa malum; ergo non bonum, sed aliquid abstrahens a bono et malo est obiectum appetitus. Minor patet: *S 245*

1.º In actu odii, qui versatur circa malum ut sic.

2.º In actu desiderii, quo alteri malum desidero, ut malum est.

3.º In damnatis, qui volunt aliquid ea sola ratione, quia contra divinam voluntatem est, quae est summa ratio mali.

176 dirigit *add. a. m.* Ita D. Thomas, 1 p., q. 80, 2. Et rationem quam affert est: Nam, cum potentia appetitiva sit passiva, nam naturaliter movetur ab apprehenso, debet distingui per activa et motiva. Quia ergo est alterius generis apprehensum per intellectum <et> [aut *S*] per sensum, consequens est quod appetitus sensitivus sit alia potentia ab intellectiva *S*

1 **180** 245] 244 *S* **187** summa *add.* perversitas ac (V 2, 1) *L*

Y esta capacidad sí se da en Dios, no distinta de la esencia, sino siendo su propia esencia, en cuanto se ama a sí misma y se goza en sus propios bienes; y desde ahí ama también a las criaturas.

Respuesta a la segunda dificultad: No es inútil, porque es una exigencia de esa naturaleza, que de alguna manera abarca en sí el orden superior e inferior; al igual que no es inútil poseer un doble conocimiento, intelectivo y sensitivo, porque el sensitivo está al servicio del intelectivo. De ese modo también el apetito sensitivo está al servicio del racional, para causar en él una conmoción más fuerte; y si le es contrario, también le presta su servicio en la realización del acto y del mérito. Es también útil para mirar por los bienes del cuerpo como bienes que le son plenamente connaturales. La voluntad por su parte le pone freno y lo dirige.

CUESTIÓN 2

El objeto apetecible, ¿ha de ser necesariamente un bien?

1. Argumento de la parte negativa.

Primero: El objeto de una facultad es aquello sobre lo que recae el acto que la facultad produce. Ahora bien, el acto que el apetito produce no recae sólo sobre el bien, sino también sobre el mal. Luego el objeto del apetito no es el bien, sino algo que abstrae del bien y del mal.

La premisa menor es manifiesta:

Tenemos en primer lugar, un acto de odio que tiene por objeto un mal en cuanto tal.

En segundo lugar, el acto del deseo con el que deseo a otro un mal en tanto que mal.

En tercer lugar, los condenados que quieren algo por la sola razón de ir contra la voluntad divina; es el sumo concepto de mal.

4.º Quia voluntas ad experiendam ⌊libertatem⌋ suam potest expetere malum sub ratione mali.

⌈5.º Damnati maxime vellent non esse; atqui non esse merum malum est; ergo, etc.⌉

2.º arguitur. Nam appetitus potest ⌊respuere⌋ bonum sibi propositum, ut patet experientia, et maxime in appetitu libero; ergo potest appetere malum sibi oppositum.

3.º arguitur: Potest aliquis appetere non esse, ut patet in homine se occidente, et in damnatis, quia vehementer appetunt non esse; at vero in non esse nulla potest esse ratio boni, quia bonum supponit esse; ergo.

4.º arguitur: Appetitus potest ⌊ferri⌋ circa impossibilia; sed in re impossibili non est ratio boni; ergo.

2. In hac quaestione est opinio nominalium quod appetitus potest ferri in malum sub ratione mali, amando illud quamvis specialiter loquantur de voluntate. Tenet {Occham, in *3, d.* ⌊*13*⌋, *dub. 3*,[16] Gabriel, in *2, d. 6, q. 1, a. 3, dub. 2*.[17] Et Scotus, in ⌈*1*⌉, *d. 1, q. 4*,}[18] dicit non satis probari a theologis quod voluntas non potest velle nisi bonum; et in *2, d. 6, q. 2*,[19] ait quod angeli potuerunt appetere aequalitatem divinam, quamvis iudicarent id esse impossibile; et *d. 43, q.* <2>,[20] ait quod peccare ex malitia est velle malum ut sic.

3. C o n c l u s i o sit nihilominus: Obiectum adaequatum appetitus est bonum, vel aliqua ratio boni.

11 **520** est *add.* quodammodo (V 3, 7) *L* **525** efficientem *L*, efficiens *S* **525** applicationem *L*, applicatio *S* **537** operatio *add.* cui rei similem tractavimus lin. 3, c. 1 (V 3, 8) *L*

Sexto. Esta opinión viene secundada por Aristóteles en *12 Metaphysicae, tx. 36*,[54] en donde reduce a un primer apetecible todas las causas con capacidad de mover; pero la reducción ha de ser a la causa eficiente, de lo contrario el argumento incurriría en equivocación. En el mismo lugar Averroes[55] dice que el baño produce un deseo en el espíritu; Agustín, *15 De Trinitate, cap. 23*,[56] dice que el amor procede del saber; y en el *cap. 26*[57] que el amor proviene del que engendra la noticia y de la noticia engendrada, como de procreador y procreado; Santo Tomás en *1 p., q. 14, aa. 3* y *5*, y en *1 Contra Gentes, cap. 49* y *1.2, q. 1, a. 3*, donde dice que la acción toma su especie de la forma, que es principio operativo; por eso dice que la acción de la voluntad queda especificada por el fin; luego enseña que el fin es principio operativo en la voluntad. Y en *1 p., q. 80, a. 2* dice que el apetito es una potentia pasiva, porque está movido por el objeto apetecible. Es lo que dice Aristóteles al respecto en el *lib. 3, cap. 7*.[58] Lo mismo se desprende de *1.2, q. 27, a. 1*[59] y *q. 22, a. 3 ad 22*; y *q. 30, a. 2*.

11. Al primer argumento responden algunos que la aprehensión del objeto no es absolutamente indispensable para que haya apetición. Pero esto es falso, pues el primer axioma es que «nada haya querido que no sea previamente conocido»; ya hemos probado además antes[60] que el apetito elicitivo brota del conocimiento. Por tanto, un apetito que no supone el conocimiento, está muerto, no es elicitivo; pero el vital, del que aquí hablamos, es elicitivo. En consecuencia, concedo que se requiere la aprehensión, pero no como causa eficiente, sino como aplicación por medio del conocimiento. Por eso Santo Tomás en *1 p., q. 82, a. 4* dice que el entendimiento mueve a la voluntad proponiéndole el objeto. La aprehensión, pues, del objeto sólo eventualmente concurre al deseo como causa, hablando en sentido físico; y, no obstante, es necesaria. Son dos cosas que no se contradicen. Es un punto en el que se equivocan muchos, cuando se lo echan en cara a Capréolo en *2, d. 25, q. 1, ad 1, contra 3am concl.*,[61] en donde dice que la aprehensión del objeto sólo eventualmente es necesaria para que se dé el acto del apetito. «Eventualmente» no se ha de entender en el sentido de que no sea necesaria, sino en el sentido de que no influye de suyo en el acto del apetito.

---

[54] cap. 5: 1072 a 26-b.

[55] *o. c.*, ff. ccxliij sq.: «... balneum duplicem habet formam in anima et extra animam, et propter illam formam, quae est in anima, desideramus aliam formam, quae est extra animam: forma igitur animae balnei inquantum est in anima agens desiderium et motum, secundum autem quod est extra animam est finis motus non agens.»

[56] CChL 50A, 520, 16 (PL 42, 1090).

[57] XV 26, 47: CChL 50A, 527, 84 sq. (PL 42, 1094): «qua iam parta seu genita, voluntas illa perficitur, eo fine requiescens, ut qui fuerat appetitus quaerentis, sit amor fruentis, qui iam de utroque, id est, de gignente mente et de genita notitia tamquam de parente et prole procedat?»

[58] *De an.*, 431 a 1-4.

[59] Cfr. etiam 1.2, q. 18, a. 2, ad 3; *De an.*, II, lect. 5, nn. 289 sqq.

[60] d. 10, q. 1 (1.ª et 2.ª concl.).

[61] a. 3: *o. c.*, t. 2, p. 241, col. 2.

uniantur in eadem anima, in ⌊quo⌋ differt a potentia cognoscitiva,[62] quae requirit unionem obiecti cum potentia; alia vero tantum postulat unionem obiecti cum alia potentia cognoscitiva eiusdem animae.

Ad secundum respondetur quod determinatio potentiae ad hunc vel illum actum non est sufficiens ut obiectum effective concurrat; sed in potentiis cognoscitivis potissima ratio fuit modus operandi illarum potentiarum, qui est per assimilationem; et ideo est in eis maior indeterminatio, quia carent omni actuali principio per quod assimilentur. Appetitus vero non operatur illo modo, sed inclinando se in obiectum; et quia de se est inclinatio / et pondus, saltem in actu *S 249v*
primo, ideo non eget activitate obiecti.

Ad tertium respondetur id esse, quia obiectum praesens clarius et fortius apprehenditur, et ita melius applicatur appetitui, et magis movet illum.

Ad quartum respondetur: Transeat totum: quod voluntas ex volitione finis determinetur ad volitionem mediorum; si autem intellectus ex assensu principiorum determinatur ad assensum conclusionum, hoc tamen non est contra conclusionem, nam in illa tantum excludimus efficientiam obiecti vel alterius potentiae ab appetitu, non tamen negamus quin possit voluntas medio uno actu suo alium efficere.

Quintum argumentum non est ad rem, nam {Verbum divinum est persona intelligens et amans, et ideo potuit producere amorem; ⌈unde non concurrit ut obiectum, sed ut immediatum producens, quatenus eadem est voluntas eius et Patris⌉; verbum autem nostrum non amat, et ideo non producit amorem.}

Ad sextum respondetur quod Aristoteles ibi[63] docet primum movens movere ut primum appetibile, quia alias moveret propter alium finem. Et sic patet illum loqui de causalitate ⌈finali⌉. Averroes[64] vero loquitur de motione metaphorica, et de eadem debet interpretari D. Thomas ubicumque de eo loquitur.[65] Et quando finem vocat principium actionis, loquitur moraliter, non physice. Et eodem modo appetitus dicitur potentia passiva metaphorice, sicut motio finis metaphorica est. Et haec de principio actus appetitus.

538 quo *L,* qua *S* **540** eiusdem *add.* licet (Ib.) *L* **541** determinatio *S,* terminatio(nem) (Ib.) *L* **547** se *om. L* **547** 249] 248 *S* **553** volitione *S,* intentione (Ib.) *L* **553** volitionem *S,* electionem (Ib.) *L* **553** si autem *S,* sicut (Ib.) *L* **557** suo *S,* medio *L* **559** persona *SP, om. L* **560-561** unde... Patris *P, om. S* **565** finali *L, om. SP*

De ahí se desprende cuál es el tipo de unión que se requiere entre objeto apetecible y apetito, para que se siga el acto. Es preciso, efectivamente, que se una vitalmente en la misma alma.

En este aspecto difiere de la facultad cognoscitiva,[62] que exige la unión del objeto con la facultad; la apetitiva, en cambio, sólo reclama la unión del objeto con otra facultad, la cognoscitiva de la misma alma.

Respuesta al segundo argumento: La determinación de la facultad a este o aquel acto no basta para que el objeto concurra eficientemente. En las facultades cognoscitivas se da una razón muy poderosa: su modo de actuar, que es por asimilación; por eso se da en ellas una mayor indeterminación, al carecer de todo principio vital actual que cause la asimilación. El apetito, en cambio, no actúa de ese modo, sino por inclinación al objeto; y como es de suyo inclinación y peso, al menos en acto primero, por eso necesita la acción del objeto.

Respuesta al tercer argumento: La razón es que el objeto presente se aprehende con más claridad y viveza, y de ese modo se aplica mejor al apetito y lo mueve más.

Respuesta al cuarto argumento: Pase todo ello: que la voluntad se determine por el deseo del fin al deseo de los medios, como el entendimiento se determina por el asentimiento de los principios al asentimiento de las conclusiones. Pero eso no contradice nuestra tesis, porque en ella excluimos sólo la eficiencia del objeto o de otra facultad distinta del apetito; no negamos, sin embargo, que pueda la voluntad mediante un único acto suyo producir otro.

El quinto argumento no hace al caso: el Verbo divino es persona que entiende y ama, y por eso puede producir el amor; no concurre, por tanto, como un objeto, sino el inmediato producente, en cuanto que su voluntad y la del Padre es una misma. Pero nuestro concepto-verbo no ama, y por eso no produce amor.

Respuesta al sexto argumento: Aristóteles en ese lugar[63] enseña que la primera causa con capacidad de mover mueve en calidad de primer apetecible, porque de lo contrario movería con miras a otro fin. Es, pues, claro que está hablando de la causalidad final. Y Averroes[64] habla de moción en un sentido metafórico, y en ese mismo sentido se ha de entender Santo Tomás[65] siempre que habla de él; y cuando al fin lo llama principio de acción, está hablando en un sentido moral, no físico; y de la misma manera al apetito se le llama metafóricamente potencia pasiva, al igual que es metafórica la moción del fin. Baste esto sobre el origen del acto del apetito.

---

[62] Cfr. d. 5, q. 1.

[63] *Metaphys.* XII 5: 1072 a 26-b.

[64] Cfr. nota 55.

[65] Cfr. pp. ???

12. De termino vero illius, licet doctores dissentiant —Scotus, in 1, d. 6 et 10;[66] et ibidem Gregorius[67] et Durandus,[68] negant per actum voluntatis aliquid produci, quod videtur sentire D. Thomas, *De veritate, q. 4, a. 2, ad 7*; Capreolus tamen in *1, d. 10, q. 1,*[69] et Caietanus, *1 p., q. 27, a. 3;*[70] Ferrariensis, *4 Contra [Gentes], cap. 29,* aiunt per actum appetitus produci aliquid, et insinuant illud esse realiter distinctum ab actu—, tamen haec decisio apud nos facile est ex supra dictis, *d. 5.*[71]

Certum iudico in actu appetitus reperiri aliquid per modum operationis et aliquid per modum operati, et esse terminum et viam in tali actu, formaliter tamen distingui. Quod est opinio D. Thomae, *1 p., q. 27, a. 3*; et clarius *q. 37, a. 1.*

Et ratio est illa communis, quia ubi est nova qualitas producta, est etiam productio illius; actus ⌊autem⌋ appetitus qualitas est; ponere autem in appetitu qualitatem, per actionem ab ⌈illa⌉ realiter distinctam, productam, mihi non probatur: sine ratione et sine necessitate ulla ponitur; id ergo quod appetitu producitur est terminus actus, quo ipse amat, qui est pondus quoddam in rem amatam, iuxta illud Augustini: «Amor meus, pondus meum».[72] Et propter hoc dicitur amatum quoddammodo esse in amante, quasi trahendo / illum ad se; et per illud di- *S 250*
citur esse amans en re amata. Propter quod quidam philosophus dixit quod anima potius est ubi amat quam ubi animat. Et *Mt.* <*6*>[73] dicitur: «Ubi [...] est thesaurus tuus, etc.»

De actu appetitus haec dicta sint. De potentia vero ipsa iam in principio[74] diximus.

12 **583** autem *L*, at *S* **584** illa *S*, illo (V 3, 9) *L* **586** terminus actus *S*, ipse... actus (Ib.) *L* **588-591** amatum... dicitur *om. L* **589** 250] 249 *S* **591** 6] 5 *SL*

12. Sobre su término hay discrepancias entre los autores. Escoto en *1, dd. 6* y *10,*[66] y en el mismo lugar Gregorio[67] y Durando[68] niegan que el acto de la voluntad produzca algo; y es, al parecer, la opinión de Santo Tomás en *De veritate, q. 4, a. 2, ad 7.* Capréolo, sin embargo, en *1, d. 10, q. 1*[69] y Cayetano en *1 p.,* q. 27, a. 3,[70] al igual que Silvestre de Ferrara en *4 Contra Gentes, cap. 29,* dicen que el acto del apetito produce algo y que ese algo es realmente distinto del acto.

A nosotros, sin embargo, nos resulta fácil decidir esta cuestión por las razones expuestas en la *d. 5.*[71]

Tengo por cierto que en el acto del apetito se da un aspecto operante y un aspecto operado; y que hay en ese acto un término y un camino, pero que se distinguen formalmente. Es la opinión de Santo Tomás en *1 p., q. 27, a. 3;* y con más claridad en *q. 37, a. 1.*

La razón es la comúnmente admitida de que donde hay cualidad nueva producida, allí hay también producción de ella; ahora bien, el acto del apetito es una cualidad. Pero no me satisface admitir en el apetito una cualidad producida por una acción realmente distinta de ella: no hay razón ni necesidad alguna de ello. Luego lo que en el apetito se produce es término del acto con que ama, que es un cierto peso hacia la cosa amada, según la expresión de Agustín: «Amor mío, peso mío.»[72] Justo por eso se dice que el amado se da de algún modo en el amante, atrayéndolo, como quien dice, hacia sí; y por eso se dice que el amante está en la cosa amada. Es la razón por la que dijo un filósofo que el alma está más en donde ama que en donde anima. Y en *Mt 6*[73] se lee: «Donde está tu tesoro, etc.»

Baste con lo dicho sobre el acto del apetito; sobre la facultad misma ya hablamos al principio.[74]

---

[66] *o. c.,* t. 9, pp. 507-515 (d. 6); 787-819 (d. 10).
[67] *Sent.* I, dd. 6 et 10: *o. c.,* ff. 55v sq.; 70v sqq.
[68] Cfr. *Sent.* I, d. 27, q. 2, nn. 13 sqq.; II, d. 1, q. 4, nn. 35 sqq.: *o. c.,* ff. 77v sq., 130.
[69] a. 2, ad argumentum Durandi: *o. c.,* t. 1, f. 137, col. 1.
[70] *Comm. in S. Th.D. Thomae* (1 p., q. 27, a. 3) V.
[71] d. 5, q. 5.
[72] Cfr. *Confessiones* XIII 9, 10: PL 32, 849.
73 *Mt.* 6,21.
[74] d. 10, q. 1.

DISPUTATIO UNDECIMA

De appetitu sensitivo

Duos ⌊distinximus⌋ appetitus in praecedenti disputatione, scilicet sensitivum et rationalem. Et ideo postquam dictum est in communi de appetitu, de partibus illius subiectivis dicendum sequitur. Incipiamus autem ab appetitu sensitivo tamquam a notioribus. Qui appetitus sensualitas dici solet, quamvis sensualitas in malam partem usurpari solet, scilicet ut significat ipsum appetitum quatenus contra rationem insurgit. Et ideo Augustinus, *12 De Trinitate, cap. <13>,*[1] sensualitatem serpenti comparat, quia suggestione allicit rationem. Unde homines hunc motum sequentes sensuales vocamus. Res tamen certa est quod sensualitas non est alia potentia ab appetitu sensitivo. Et ideo idem est agere de sensualitate et de appetitu sensitivo.

QUAESTIO 1

Utrum in appetitu sensitivo sint plures potentiae habentes obiecta diversa

1. In hac quaestione est antiqua sententia quae distinguit appetitum sensitivum in duas potentias, quarum alia concupiscibilis ⌈et alia irascibilis⌉ dicitur. Duo enim exercitia exercere debet appetitus ani-

2 De... sensitivo *om. L* **3** distinximus *L*, diximus *S* **9** insurgit *add.* et illam praevenit (V 4, 1) *L* **9** 13] 3 *SL* **13** sensitivo *add.* Primo ergo quaerimus de vulgari distinctione appetitus sensitivi in concupiscibilem et irascibilem. (Ib.) *L*
14-15 Quaestio... diversa [*immediate post caput IV*] *L*

1 **17-18** et...irascibilis *L, om. S* **18-19** animalis *S*, naturae (V 4, 2) *L*

DISPUTA UNDÉCIMA

El apetito sensitivo

En la disputa anterior hemos distinguido dos tipos de apetito: el sensitivo y el racional; por ello, tras el tema del apetito en general, cumple tratar a continuación el de sus clases. Comencemos por el apetito sensitivo, como cosa más conocida. Este apetito suele recibir el nombre de sensualidad, si bien sensualidad suele tener una connotación peyorativa: viene a significar el propio apetito en cuanto se rebela contra la razón. Por ello, justamente, S. Agustín en *12 De Trinitate, cap. 13,*[1] compara la sensualidad a una serpiente, por seducir sugestivamente a la razón. De ahí que llamemos sensuales a las personas que se dejan llevar de este movimiento. Sin embargo, es cosa cierta que la sensualidad no es una facultad distinta del apetito sensitivo; y por ello es lo mismo estudiar la sensualidad y el apetito sensitivo.

CUESTIÓN 1

¿Se dan en el apetito sensitivo varias facultades con objetos diferentes?

1. Hay en esta cuestión una antigua teoría que distingue en el apetito sensitivo dos facultades, la concupiscible y la irascible. En efecto, son dos las funciones que debe ejercer el apetito animal: una primera consiste en perseguir los bienes apeteciendo; y como a veces estos bienes encuentran obstáculo en sus contrarios, una segunda tarea consiste en defenderlos. Por razón del primer acto se admite una potencia con el nombre de concupiscible, cuyo objeto es el bien concupiscible o deleitable.

---

[1] XII 13, 20: CChL 50, 374, 13 (PL 42, 1009); cfr. *Ib.* XII 12, 17: CChL 50, 372, 22 (PL 42, 1008).

malis: primum est prosequi bona appetendo illa; et quia haec bona saepe impediuntur a contrariis, ideo secundum munus est tueri illa. Propter primum actum ponitur virtus, quae concupiscibilis dicitur, cuius obiectum est bonum concupiscibile seu delectabile. Ad secundum actum ponitur irascibilis, quae a Damasceno, *2 Fidei orthodoxae, cap. 16*,[2] dicitur <ira>, cuius obiectum / *S 250v* ponitur bonum sensibile arduum, nam ista potentia non fertur in bonum propter delectationem illius, nam saepe prosequitur tristia et dolorosa sensui, sed appetit bonum quatenus arduum est et defendendum a contrariis.

Hanc opinionem, sic expositam, tuetur D. Thomas, supra,[3] et *De veritate, q. 15, a. 3*. Idem tenuit Pythagoras et Plato,[4] quos refert Plutarchus, *4 De placitis philosophorum, cap. 4*.[5] Idem Nysenus, *lib. 4* suae *Philosophiae, cap. 8*.[6] <Idem> tribuitur communiter Augustino[7] et Hieronymo.[8] Idem tenet Galenus, *6 De usu partium, cap. 18*.[9]

Prima ratio illorum est: in potentiis materialibus quaelibet distinctio obiectorum formalium sufficit illas distinguere. Non enim sunt potentiae adeo universales; sed <haec> est sufficiens distinctio earum; ergo.

2.ª In potentiis cognoscitivis sensitivis datur multitudo potentiarum; ergo etiam in appetitivis.

3.ª Saepe irascibilis appetit contra inclinationem concupiscibilis; ergo sunt potentiae diversae. Antecedens patet, quia irascibilis semper amat tristia ut ⌊repugnet⌋ contrariis; amare autem tristia est contra rationem concupiscibilis.

4.ª Quia passiones istarum virtutum sunt contrariae, {nam concupiscentia <accensa> minuit iram et e contra; ira <accensa> minuit concupiscentiam.}

Rationes tamen istae non videntur concludere distinctionem realem inter has potentias.

2. Optime enim dici potest unicam esse potentiam sensitivam, ordinatam ad apprehendendum omne bonum quod per sensum apprehenditur illamque habere actus quibus prosequitur illud bonum —et

20 tueri illa *S*, contraria obstacula removendi, adeptaque iam bona tuendi. (Ib.) *L* **24** ira] concupiscibilis (!) *S*, iram *L* **35** haec] hic *S* **41** repugnet *L*, repugnat *S* **43-44** nam... contra *om. L* **44** accensa[1]] ascensa *S*, vehemens *P* **44** accensa[2]] vehemens *P*

Para el segundo acto se admite la irascible, a la que Damasceno denomina ira, *2 Fidei Orthodoxae, cap. 16,*[2] y de la que se propone como objeto el bien sensible arduo: en efecto, esta facultad no se dirige al bien por razón de su delectabilidad —a veces, efectivamente, persigue cosas penosas y dolorosas para el sentido—, sino que apetece el bien en cuanto que es arduo y necesita defenderse de sus contrarios.

Esta opinión la defiende Santo Tomás en el pasaje antes citado[3] y en el *De veritate, q. 15, a. 3.* La sostienen Pitágoras y Platón,[4] citados por Plutarco, *4 De placitis philosophorum, cap. 4.*[5] También el Niseno, *lib. 4* de su *Philosophia, cap. 8.*[6] Le es atribuida generalmente a S. Agustín[7] y a S. Jerónimo:[8] La sostiene Galeno, *6 De usu partium, cap. 18.*[9]

Una primera razón: En las facultades materiales, cualquier distinción de objetos formales es suficiente para distinguirlas. En efecto, no poseen estas facultades un alto grado de universalidad; ahora bien, dicha distinción basta para distinguirlas. Luego.

Segunda: En las facultades cognoscitivas sensitivas se da una pluralidad de facultades; luego también de las apetitivas.

Tercera. A veces la irascible apetece contra la inclinación de la concupiscible; luego son facultades diferentes. El antecedente es claro, porque la irascible ama siempre cosas penosas en su tarea de rechazar los contrarios; ahora bien, amar cosas penosas va en contra del carácter de la concupiscible.

Cuarta: Las pasiones de estas potencias son contrarias, toda vez que la excitación de la concupiscencia disminuye la ira, y, al contrario, la excitación de la ira disminuye la concupiscencia.

No obstante, tales razones en favor de una distinción real de las facultades mencionadas no son, al parecer, concluyentes.

2. En efecto, puede muy bien afirmarse la existencia de una facultad sensitiva única, destinada a la aprehensión de todo bien aprehendido por los sentidos, y que posee actos con los que persigue ese bien —y en cuanto tal se denomina concupiscible— y actos con los que lo defiende de los contrarios —y en cuanto tal se denomina irascible—.

---

[2] PG 94, 931 sq.
[3] 1 p., q. 81, a. 2, cfr. 1.2, q. 23, aa. 1-4; *De an.* III, lect. 14, nn. 802-806.
[4] Cfr. *Tim.* 61 d-70 d.
[5] *o. c.*, p. 346.
[6] Ps.-Gregorius Nyss. = Nemesius, *De nat. hom.*, cap. 16 sq.: PG 40, 672-676.
[7] Cfr. *De Trin.* VI 4, 7: PL 42, 990; et passim in *De Trinitate.*
[8] Cfr. *In Ezeq.* I 1, 6-8 a; CChL 75, 11, 209 (PL 25, 22). Cfr. *In Mt.*13,13.
[9] *o. c.*, 1.ª cl., f. 155vG.

ut sic dici concupiscibilem—, et actus quibus tuetur illud a contrariis —et ut sic dici irascibilem—.

Et quod hoc verum sit probatur:

1.º Quia in potentiis cognoscitivis sensitivis una est potentia universalis in illo genere quae apprehendit omne obiectum sensibile; ergo illi correspondet una potentia appetitiva universalis in illo gradu quae amat et prosequitur omne bonum sensibile. ⌊Antecedens⌋ autem probatum est supra.[10] Consequentia tenet tum a paritate rationis tum quia appetitus non sequitur cognitionem sensus exterioris, ut supra[11] vidimus, quia solus interior sensus cognoscit rationem convenientis et nocivi; ergo si potentia movens appetitum est una, etiam potentia appetitiva est una.

Et c o n f i r m a t u r. Nam consuetum est naturae amare unitatem quantum potest; nihil autem repugnat dari potentiam universalissimam intra latitudinem obiecti sensibilis; ergo.

2.º arguitur. Quia actus irascibilis et concupiscibilis sunt adeo inter se connexi et ordinati ut ⌈non⌉ possint recte separari et diversis potentiis tribui; ergo melius tribuentur eidem. Simili argumento conclusimus supra[12] tantum dari unum / sensum interiorem et non dis- *S 251*
tingui realiter. Antecedens probatur. quia irascibilis versatur circa bona iam concupita, iuxta illud *Iac*: «Unde bella et lites inter vos, [...] non ex concupiscentiis vestris, etc.»[13] Et Aristoteles, *8 De animalibus*,[14] ait quod <pugnae> animalium sunt de rebus concupiscibilibus, scilicet de cibis et venereis; nihil ergo defendit irascibilis nisi concupita; ergo congruum et necessarium est ut eadem sit potentia concupiscens et defendens, nam si tota ratio defendendi est quia concupiscit, quomodo una potentia defendit quod alia concupiscit?

E x p l i c a t u r et confirmatur hoc. Nam irascibilis irascitur contra impedientem boni concupiti executionem; ergo appetit tollere id quod impedit executionem; ergo etiam appetit consecutionem eiusdem boni; ergo eadem est potentia appetens bonum et appetens tollere impedimentum.

3.º arguitur. Si istae potentiae distinctae sunt, quaenam illarum est perfectior? Nam ex una parte videtur quod irascibilis, quia illi tribuitur obiectum altius et nobilius; aliunde tamen videtur minus per-

2 **57** Antecedens *L*, consequens *S* **67** non *L*, *om. S* **69** 251] 250 *S* **71** bona *S*, *om.* V **73** pugnae] pugna *S*, pugnas *L* **74** nisi *add.* prius (V 4, 2) *L* **81** tollere *S*, om: *L*

La verdad de esta tesis tiene prueba:

Primero: En las facultades sensitivas cognoscitivas hay, dentro de ese género, una sola facultad universal que aprehende todo objeto sensible; luego a ella corresponde una sola facultad apetitiva, también universal en ese grado, la cual ama y persigue todo bien sensible. El antecedente ha sido probado en páginas anteriores.[10] La inferencia es válida, tanto por existir paridad de razón como por el hecho de que el apetito no sigue al conocimiento del sentido externo, como vimos anteriormente,[11] dado que el sentido interno es el único que conoce el carácter de conveniente y nocivo; luego, si la facultad que mueve el apetito es una sola, también la facultad apetitiva es una sola.

Confirmación: es un comportamiento regular de la naturaleza procurar la unidad en la medida de lo posible; ahora bien, no hay contradicción alguna en que exista una facultad máximamente universal dentro del área del objeto sensible; luego.

Un segundo argumento: Los actos de la irascible y la concupiscible están tan vinculados y relacionados entre sí, que no es posible razonablemente separarlos y atribuirlos a facultades distintas; luego es más acertado atribuirlos a una misma facultad. En páginas anteriores[12] llegamos con un razonamiento análogo a la conclusión de que únicamente se da un solo sentido interno, carente de distinciones reales. Prueba del antecedente: la irascible tiene por objeto bienes que ya han sido apetecidos por la concupiscible, a tenor de las palabras de Santiago: «¿De dónde esas guerras y querellas entre vosotros? ¿No será precisamente de esos apetitos vuestros? etc.»[13] Y Aristóteles, *8 De animalibus*,[14] afirma que las luchas de los animales tienen por objeto intereses concupiscibles, concretamente, los alimentos y el sexo; consiguientemente, la irascible defiende únicamente lo que ha sido apetecido por la concupiscible; luego es conveniente y necesario que sea una misma la facultad que apetece concupisciblemente y la que defiende, porque, si toda la razón de la defensa es justamente la apetición concupiscible, ¿cómo va a ser una la facultad que defiende y otra distinta la que apetece concupisciblemente?

Explicación y confirmación: la irascible lleva su ira contra lo que obstaculiza la ejecución del bien concupiscible apetecido; luego apetece la eliminación de lo que obstaculiza la ejecución; luego también apetece la consecución de ese mismo bien; luego es una misma la facultad que apetece el bien y la que apetece la eliminación del obstáculo.

---

[10] d. 8, q. 1, n. 21 (3.ª concl.); d. 8, q. 2, n. 3.

[11] d. 6., q. 2, n. 7 (1.ª concl., de sensu interno); nn. 10.13 (2.ª et 3.ª concl.).

[12] Cfr. in hac d. not.10.

[13] *Iac.* 4,1.

[14] = *De hist. an.*: 589 a 2; 596 b 20 sq.; cfr. *Ibid.* 571 b 8.

fecta, nam tota ordinatur ad bonum concupiscibilem, scilicet ad defensionem illius, unde passiones concupiscibiles nobiliores sunt, scilicet amor, desiderium, etc. Neutrum ergo potest dici convenienter.

Tandem rationes probantes hanc distinctionem non urgent, et distinctio rerum sine sufficienti probatione non debet admitti.

Ad primam enim dicitur quod illae rationes diversae obiectorum non sunt sufficientes ad distinguendas potentias, quia comprehenduntur sub una ratione adaequati obiecti et inter se sunt ita subordinatae quod non possunt commode diversis potentiis tribui.

Ad secundam respondetur [argumentum] non esse sumendum ex sensibus exterioribus. Hi enim non movent appetitum immediate; sumendum ergo est ex interiori sensu.

Ad tertiam respondetur quod cum irascibilis tota sit propter concupiscibilem, numquam potest illi esse totaliter contraria; unde si appetitus sensitivus aliquando amat tristia, est ut consequatur alia delectabilia, quae magis appetit. Quod non est contra inclinationem ipsius concupiscibilis, sed potius perficit illam, cum sit propter concupita.

Ad quartam respondetur illud non esse sufficiens signum, quia non provenit ex diversitate potentiarum, sed ex pluralitate actuum, nam una potentia, dum unum actum exercet, distrahitur ab aliis; unde etiam contingit quod concupiscentia <accensa> circa rem, / di- *S 251v*
minuat concupiscentiam circa aliam. Potest etiam illud oriri, quia sunt actus contrarii, licet pertineant ad concupiscibilem; non ergo est illud sufficiens signum.

Quocirca rationes pro secunda parte factae[15] probabiliores sunt et forte antiqui noluerunt distinctionem realem ponere, sed tantum ⌊distinxerunt⌋ haec duo munera eiusdem potentiae ad exponendum melius eius actus et passiones, sicut etiam distinxerunt intellectum in practicum et speculativum, quamvis sint una potentia. Et hanc sententiam insinuat Aristoteles, *lib. 3, tx. 29;*[16] et eamdem tenet Scotus[17] et sequaces, quamvis alia via.

3. Ex decisione huius quaestionis licet colligere quomodo sit assignandum obiectum adaequatum appetitui sensitivo. In qua re varii sunt qui distinctionem realem ponunt inter irascibilem et concupiscibilem,

87 sunt *S*, creduntur (V 4, 3) *L* **100** alia *S*, *om. L* **107** accensa] ascensa *S*
113 distinxerunt *L*, dixerunt *S* **113** munera *S*, nomina (V 4,4,) *L*

Tercer argumento: Caso de que tales facultades sean distintas, ¿cuál de ellas es más perfecta? De una parte, parece que la irascible, por atribuírsele un objeto más elevado y noble; de otro lado, sin embargo, tiene visos de menos perfecta, por estar toda ella orientada hacia el bien concupiscible, concretamente hacia la defensa del mismo, de donde las pasiones concupiscibles —el amor, el deseo, etc.— vienen a ser más nobles.

Finalmente, carecen de fuerza las razones en favor de la mentada distinción, y sin prueba suficiente no debe admitirse una distinción real.

Respecto a la primera razón se afirma que diversos objetos formales no son suficientes para una distinción de facultades, porque quedan inscritos en la categoría única de objeto adecuado, y poseen entre sí una subordinación tan fuerte que no interesa la posibilidad de atribuirlos a facultades distintas.

Respuesta a la segunda: importa que no se haga estribar el argumento en los sentidos externos, porque no son ellos los que mueven inmediatamente el apetito, sino, lógicamente, el sentido interno.

Respuesta a la tercera: como toda la razón de ser de la irascible reside en la concupiscible, nunca puede serle totalmente contraria; de ahí que, si el apetito sensitivo ama en algún momento lo penoso, es en orden a conseguir alguna otra cosa deleitable: el fenómeno, lejos de ser contrario a la concupiscible en sí, más bien la perfecciona, al tener como fin un objeto concupisciblemente apetecido.

Respuesta a la cuarta: no es suficiente el indicio mencionado; en efecto, no proviene de la diversidad de facultades, sino de la pluralidad de actos, puesto que una determinada facultad, mientras que ejerce un determinado acto, queda, en dirección distinta, apartada de los otros; por ello acontece también que la excitación de la concupiscencia en torno a un interés disminuye la concupiscencia en torno a otro. Es también posible que nazca, en alguna medida, de una incompatibilidad existente entre los actos. Ejemplo: el amor elimina el odio, por ser actos contrarios, aunque se inscriban en el ámbito de la concupiscible; en consecuencia no es suficiente el indicio mencionado.

Por tanto, las razones en favor de la segunda postura[15] poseen mayor probabilidad, y quizás los antiguos, lejos de pretender establecer una distinción real, se limitaron a distinguir las mentadas dos funciones de una misma facultad para dar mejor cuenta de sus actos y pasiones, del mismo modo que hicieron también distinción entre entendimiento práctico y teórico, por más que constituyan una sola facultad. Aristóteles, *lib. 3, tx. 29*,[16] apunta esta teoría; la mantienen Escoto[17] y su escuela, aunque por camino distinto.

---

[15] cfr. supra, lin. 48 sqq.

[16] *De an.*: 431 a 10-14; cfr. *Ibid.* 433 b 3 sq.

[17] Cfr. *Oxon.* II, d. 6, q. unica, n. 15. *o. c.*, t. 13, pp. 38-47; *Report. Par.* d. 6, q. unica: *o. c.*, t. 23, pp. 74-77; I, d. 2, q. 7, n. 47; d. 8, q. 4; d. 10; d. 26; IV, d. 49, q. 2.

nam concupiscibili assignatur pro obiecto bonum delectabile, quod concupiscibile dicitur. De irascibili vero dicunt quidam quod, sicut cognitio sensitiva est duplex, nempe cognitio rerum secundum rationes sensatas et cognitio secundum rationes insensatas, ita —inquiunt— appetitus est duplex: alius qui fertur in rationem boni sensatam, alius est qui fertur in rationem boni alterius non sensatam. Quod insinuat Caietanus, *1 p., q.* ⌊*81*⌋, *a.* ⌊*2*⌋, in fine.[18]

Sed hoc mihi displicet, nam ratio boni et convenientis numquam est ratio sensata, id est, aliquo sensu exteriori cognita, ut ex dictis[19] constat, quia sensus exterior non cognoscit rationem convenientis.

I t e m, amor quo ovis amat filium ad concupiscentiam pertinet; et similiter timor lupi, et tamen cognoscere filium sub ratione amici et lupum sub ratione inimici ad rationem insensatam pertinet.

Alii ergo dicunt quod inter bona quaedam sunt delectabilia secundum sensum, alia vero censentur bona, non quia delectant, sed quia conducunt ad ⌊victoriam⌋ consequendam. Et huiusmodi bona aiunt obiectum irascibilis.

Sed i n t e r r o g o: Quaenam sit ratio boni sub qua irascibilis fertur in obiectum suum? Non enim est ratio boni in communi, quia haec pertinet ad voluntatem. Neque est ratio honesti, quia huiusmodi ratio boni sumitur ex conformitate ad rationem rei. Et ideo tantum potest appeti ab illa potentia quae a ratione movetur. Neque etiam potest esse ratio boni utilis, nam haec ratio consistit in ordine medii ad finem, / quam comparationem sensus facere non potest, ut ex supra dictis[20] *S 252* patet. Ergo vel est ratio boni delectabilis sensui —et sic obiectum irascibilis confundetur cum obiecto concupiscibilis—, vel erit aliqua superior ratio boni ab his distincta, quam assignare difficile erit, vel certe impossibile et contra omnes auctores.

Et eisdem argumentis impugnatur opinio dicentium obiectum irascibilis esse bonum arduum. Interrogo enim: Illa particula «arduum» quodnam bonum contrahit? {Non enim contrahit bonum in communi, quia irascibilis non fertur in omnia bona ardua, ut ex se constat; contrahit ergo aliquam determinatam rationem boni;} ergo contrahit bonum delectabile, nam haec ratio est ratio boni maxime sensibilis; {ergo bonum delectabile arduum erit obiectum irascibilis.}

3 **125** alius... sensatam *S*, *om.* *L* **127** 81... 2 *L*, 82... 1 *S* **128** hoc *S*, haec... philosophia (V 4, 5) *L* **136** victoriam *L*, rationem *S* **144** 252] 251 *S* **152-153** ut... constat *S*, ut patet *P*

3. La solución dada a esta cuestión permite inferir el modo preciso de señalar al apetito sensitivo su objeto adecuado. En este empeño son varios los que establecen distinción real entre lo irascible y lo concupiscible: a la concupiscible, en efecto, le señalan como objeto el bien deleitable, denominado concupiscible.

Respecto a la irascible hay diversas afirmaciones: Según algunos autores, del mismo modo que el conocimiento sensitivo es doble, a saber, conocimiento de objetos, por sus aspectos sensibles, y conocimiento por los aspectos insensibles, el apetito —dicen— es también doble: uno que se dirige al aspecto sensible de un bien, otro que se dirige al aspecto insensible de un segundo bien. Tesis que apunta Cayetano, *1 p., q. 81, a. 2,* al final.[18]

No comparto la tesis: en efecto, el aspecto formal de bueno y conveniente nunca es un aspecto sensible, es decir, conocido por un sentido externo, como demuestran las afirmaciones anteriores,[19] porque el sentido externo no conoce el aspecto formal de conveniente.

Asimismo, el amor con el que la oveja ama al hijo se inscribe en el ámbito de la concupiscencia; caso similar es el del temor al lobo. Y, sin embargo, conocer al hijo, bajo el aspecto de amigo y al lobo bajo el aspecto de enemigo pertenece al área del aspecto formal insensible.

Otros autores, pues, afirman la existencia de dos tipos de bienes: los deleitables según el sentido y los que se estiman bienes, no por deleitar, sino por conducir a la consecución del éxito; y estos últimos los consideran objeto de la irascible.

Mas yo pregunto: ¿Cuál es la perspectiva desde la que la irascible se dirige a su objeto? Porque no es una perspectiva de bien en general, la cual se inscribe en el área de la voluntad. Tampoco es una perspectiva de bien moral, porque tal perspectiva procede de la conformidad de la cosa con la razón; y, por lo mismo, tan sólo es posible la apetición para una facultad que sea movida por la razón. Tampoco es posible una perspectiva de bien útil, porque la esencia de esta perspectiva reside en la relación de medio a fin, relación de una comparación, que el sentido es incapaz de realizar, como ponen de manifiesto las averiguaciones anteriores.[20] Por consiguiente, o se trata de una perspectiva de un bien que sea deleitable al sentido —y entonces el objeto de la irascible se confunde con el objeto de la concupiscible— o de una perspectiva de bien más elevada, distinta de las mencionadas, que resulta difícil señalar, o quizás imposible, y es contraria a todos los autores.

Idénticos argumentos impugnan la opinión de que el objeto de la irascible es el bien arduo. Porque pregunto: la expresión «arduo», ¿sobre qué tipo de bien opera una restricción lógica? No restringe al bien en general, porque la irascible no

---

[18] *Comm. in S. Th. D. Thomae* (1 p., q. 81, a. 2) V.
[19] d. 6, q. 2 (2.ª concl.), n. 10.
[20] d. 5, q. 6 (5.ª concl.), n. 15.

Consequens autem est falsum, nam omne bonum delectabile sensui, sive magnum sive parvum, potest amari per concupiscibilem; et si irascibilis potest appetere bona delectabilia, quae ardua sunt, multo facilius poterit appetere bona, quae non sunt ardua; et sic unica erit potentia quae fertur in delectabile bonum, sive arduum sit sive non.

4. Quapropter in nostra opinione dicendum est obiectum adaequatum nostri appetitus esse bonum sensibile, id est, omne quod est bonum sensitivae animae et ut tale apprehendi potest per sensum.

Haec patet ex dictis, nam tam universalis potentia est appetitus sensitivus in suo ordine, sicut interior sensus in suo; ergo quidquid potest apprehendi a sensu exteriori sub aliqua ratione boni, potest appetitus appetere sub eadem.

5. Sed manet hic dubium: Quaenam sit ista ratio ⌊per sensum⌋ apprehensibilis. An sit tantum ratio boni delectabilis an etiam ratio boni utilis —ut Caietanus supra[21] credit—, an vero possit esse alia ratio boni convenientis naturae ab his distincta.

Sed hoc dubium hic explicari non potest sufficienter, nam oportet singulas rationes boni et earum sufficientiam ad unguem exponere, quod metaphysici negotium est. Quapropter satis sit pro nunc scire bonum sensibile, quodcumque illud sit, esse obiectum adaequatum huius potentiae.

6. De distinctione vero obiectorum irascibilis et concupiscibilis, quia nos non ponimus istas potentias realiter distinctas, non multum / curandum est, tamen quia saltem ratione distingui possunt et de ⌊illis⌋ *S 252v*
loquendum est ut de multis, ideo sic possunt illis assignari obiecta ut utraque versetur circa bonum sensibile, tamen concupiscibilis respicit illud tantum ut in se appetibile in ordine ad consecutionem illius, tamen irascibilis respicit illud ut defensabile. Unde irascibilis immediate versatur circa media quibus defendendum est tale bonum, sive forma-

4 **163** animae *S*, naturae (V 4, 6) *L* **167** eadem *add.* quamvis confuse; quoniam non oportet, ut sensus distincte percipiat, et quasi abstracte rationes ipsas convenientis, et disconvenientis, ut saepe alias observari, viderique potest D. Thomas 1 p., q. 78, art. 4, et 1.2, q. 24, art. 3, et 30, art. 1 (V 4, 6) *L*

5 **168** per sensum *L*, seu *S* **169** ratio... delectabilis *S*, delectabilitas *L* **169-170** ratio... utilis *S*, utilitas *L*

6 **179** illis *L*, aliis *S*

se dirige a todos los bienes arduos, como es evidente por sí mismo; luego restringe a un determinado tipo de bien; luego restringe al bien deleitable, porque este tipo de bien es de tipo sensible en grado máximo; luego el bien deleitable arduo será el objeto de la irascible. Ahora bien, el consiguiente es falso, porque todo bien deleitable al sentido, sea grande o pequeño, es susceptible de ser amado por la concupiscible; y si la irascible es capaz de apetecer bienes deleitables, que sean arduos, lo será con mucha mayor facilidad de apetecer bienes que no sean arduos; y, en conclusión, existirá una facultad única, que se dirige al bien deleitable, sea arduo o no lo sea.

4. Por todo lo dicho, importa, en nuestra opinión, afirmar que el objeto adecuado de nuestro apetito es el bien sensible, es decir, todo lo que constituye el bien del alma sensitiva, y en cuanto tal puede ser aprehendido por el sentido.

Tesis que resulta evidente de las afirmaciones anteriores: en efecto, el apetito sensitivo, en su esfera, goza de tanta universalidad como el sentido interno en la suya; luego cuanto es susceptible de ser aprehendido bajo una determinada perspectiva de bien, puede el apetito sensitivo apetecerlo bajo esa misma.

5. Mas persiste en este momento un problema: ¿Qué tipo de bien es el susceptible de ser aprehendido por el sentido? ¿Solamente el tipo de bien deleitable o también el tipo de bien útil, como creyó Cayetano en un texto anterior,[21] o podría ser otro tipo de bien, conveniente a la naturaleza, distinto de éstos?

No es éste el momento para analizar cumplidamente el problema, porque sería preciso dar cuenta pormenorizada de cada uno de los tipos de bien y de su satisfactoria clasificación, lo cual es tarea del metafísico. Por lo mismo, baste de momento saber que el bien sensible, del tipo que fuere, es el objeto adecuado de esta facultad.

6. Ahora bien, respecto a la distinción de objetos de la irascible y concupiscible la cosa no tiene mayor interés, toda vez que no establecemos una distinción real entre dichas facultades. No obstante, como es posible al menos una distinción de razón y resulta forzoso referirse a ellas como si fuesen plurales, cabe, por lo mismo, asignarles objetos, dentro del bien sensible como objeto general; la concupiscible, no obstante, lo contempla únicamente en cuanto que es en sí mismo apetecible en orden a conseguirlo, mientras que la irascible lo contempla como defendible.

[21] Cfr. in hac d. not. 18.

liter cognoscat rationem mediorum, sive materialiter tantum. Et ita debet interpretari D. Thomas, supra.[22] Et huc tendit sententia dicentium irascibilem versari circa bonum arduum, quia respicit illud sub ratione defensabilis.

Et hinc confirmatur has potentias non esse distinctas, nam amare aliquid et amare defensionem illius sunt quasi amor medii et finis, qui non possunt referri ad diversas potentias.

7. Ultimo possumus colligere organum huius potentiae appetitivae, nam qui illam distinguunt in duas, concupiscibilem ponunt in hepate, irascibilem vero in corde.

Ita Galenus[23] et alii. Et experientia hoc confirmat, nam {cum irascimur cor alteratur, cum vero delectamur alterantur praecordia,} ubi est hepar.

Sed haec experientia non est sufficiens, nam ex vehementi timore etiam alterantur praecordia et tamen timor est in irascibili. Similiter gaudio ⌊dilatatur⌋ cor. Unde dicendum est hanc potentiam residere in corde, quod licet Aristoteles numquam expresserit, tamen in eius sententia[24] videtur certum, quia in corde collocat omnes sensus et omnes praecipuas potentias. Et *3 De Anima, tx. 29*,[25] ait sensum et appetitum esse idem, ⌊quod saltem⌋ de identitate subiecti dicendum est. Et hoc videtur consonum experientiae et communi conceptioni, nam ⌊cordi⌋ tribuitur amor, desiderium et alii actus concupiscibiles; ergo haec potentia residet in illo.

Et ratio esse potest, nam appetitus est potentia a qua originantur omnes motus, ut infra[26] dicitur. Cor autem est primum principium et instrumentum motus. Et ideo optime fuit appetitus sensitivus in corde collocatus.

7 **195** et alii *add.* nominatim Fernelius, lib. 5, qui est de animae facultataibus, cap. 5, putatque in lib. 6, cap. 12, ad finem, fuisse Platonis sententiam (V 4, 9) *L* **196** alteratur *S*, incalescit (Ib.) *L* **196** alterantur *S*, incalescunt (Ib.) *L* **200** dilatatur *L*, delectatur *S* **200** cor *add.* cum tamen gaudium ad concupiscibilem pertineat. (Ib.) *L* **204** quod saltem *L*, quia *S* **206** cordi *L*, certe *S* **211** collocatus *add.* quae est sententia Fracastorij, lib. 2 de intellectu (V 4, 8) *L*

De ahí que la irascible tenga como objeto inmediato los medios con los que es preciso defender tal bien, ya posea un conocimiento formal o meramente material de la esencia del medio. Y en este sentido debe interpretarse el texto anterior[22] de Santo Tomás. Y a él apunta la teoría de quienes afirman que la irascible tiene por objeto el bien arduo, por contemplarlo bajo la dimensión de defendible.

Y de aquí deriva una confirmación de que la facultades no son distintas, porque amar algo y amar la defensa de ese algo equivale, en cierta forma, al amor del medio y del fin, los cuales no pueden venir referidos a facultades diversas.

7. Finalmente, nos es posible inferir el órgano de esta facultad apetitiva: quienes en ella distinguen dos, ponen la sede de la concupiscible en el hígado y la de la irascible en el corazón.

Así Galeno[23] y otros autores. Y existe confirmación experimental: en efecto, cuando nos airamos, se altera el corazón, en cambio, cuando nos deleitamos se alteran las vísceras donde se halla el hígado.

Pero esta experiencia es insuficiente, porque también se alteran las vísceras a causa de un vivo temor y, no obstante, el temor reside en la irascible. Parejamente, el gozo dilata el corazón. De donde se impone la afirmación de que esta facultad tiene su sede en el corazón, tesis que, si bien Aristóteles no la menciona expresamente, posee visos de certeza dentro de su teoría,[24] por situar en el corazón todos los sentidos y todas las facultades principales. Y en *3 De Anima, tx. 29,*[25] dice que el sentido y el apetito son idénticos, afirmación que, al menos, ha de entenderse de la identidad del sujeto. La tesis parece estar de acuerdo con la experiencia y la concepción corriente: al corazón, en efecto, se le atribuye el amor, el deseo y otros actos de la concupiscible; luego la susodicha facultad tiene en él su sede.

Y la razón puede estar en que el apetito es la facultad de la que se originan todos los movimientos, como se afirma en líneas posteriores;[26] ahora bien, el corazón es el principio e instrumento primario del movimiento; por eso fue muy acertada la ubicación del apetito sensitivo en el corazón.

---

22 Cfr. in hac d. not. 3.
23 Cfr. in hac d. not. 9.
24 Cfr. *De part. an.* 647 a 23-b 9; 665 a 27-667 b 14.
25 431 a 10-14.
26 d. 13, q. unica.

QUAESTIO 2

Quotnam sint et quales actus appetitus sensitivi

1. Diximus in quaestione praecedenti de potentia appetitus sensitivi et de ⌊obiecto⌋ et / organo illius, superest ut dicamus de illius actibus. S 253

In qua ⌈re⌉, 1.º n o t a n d u m est huiusmodi actus communiter vocari passiones, quantum simul cum illis ⌊excitatur⌋ aliqua passio materialis in corpore, ut accesio illa sanguinis ad cor. Hoc autem nomen «passio» communiter in malam partem accipitur, pro actu inordinato et maxime apud physicos[27] qui dicebant passiones esse animi perturbationes a recta ratione aversas. Ex quo colligebant non cadere in virum sapientem animae passiones, ut videre est in Cicerone, *Tusculana* 4[28] et in Seneca, *lib. De ira ad Novatum*.[29] Et haec acceptio est usitata, iuxta quam D. Hieronymus, in illud *Mt* 5: «Qui viderit mulierem etc.»;[30] et *cap.* <26>,[31] circa illud: «Caepit contristari», ait in Christo non fuisse passiones, sed propassiones. Dicit «propassiones» actus appetitus sensitivi subordinatos rationi. Hic tamen late sumitur nomen «passio», prout commune nomen est, et indifferenter in bonam et malam partem sumi potest. De qua ⌈re⌉ vide D. Damascenum, *lib. 3, cap.* ⌊*20*⌋.[32]

Nota, 2.º, quod sive irascibilis et concupiscibilis sint duae potentiae distinctae sive non, ad distinguendum tamen actus appetitus, loquendum est de his ac si essent plura, quia aliquam distinctionem habent in obiectis quae sufficit distinguere actus ipsos, quamvis non distinguat potentias, ut in simili diximus supra,[33] agentes de intellectu practico et speculativo.

Supponendum est 3.º quod actus irascibilis supponunt actus concupiscibilis et ex eis oriuntur, ut ex hactenus dictis[34] constare potest.

1 **215** obiecto *L*, potentia *S* **215** 253] 252 *S* **217** re *L*, *om. S* **218** quantum *S*, quoniam (V 5, 1) *L* **218** excitatur *L*, causatur *S* [Cfr. pro excitatur: d. 9, q. 7: «intellectus operans excitat imaginationem» **221** physicos *S*, Stoicos (Ib.) *L* **224** ira *S*, Anima (Ib.) *L* **226** 26] 25 *SL* **229** nomen² *S*, *om. L* **230** re *L*, *om. S* **230** lib. 3 *add.* fidei (Ib.) *L* **231** 20 *L*, 2 *S*

CUESTIÓN 2

Número e índole de los actos del apetito sensitivo

1. Tema de la cuestión anterior ha sido la facultad del apetito sensitivo, su objeto y su órgano; queda pendiente el de sus actos.

1. Haec quaestio exit ex praecedenti. Omnis enim forma unitur materia ut melius illi sit quam extra, et ut melius exerceat operationes suas; animae vero rationali non sic contingit. Potius enim unio ad corpus illi deterior est, quia impeditur valde ab operatione sua; ergo melius illi est esse extra.

2.º Quando anima non est in corpore est violenter, si esse in corpore est naturale; at status in corpore est contra naturalem inclinationem animae. ⌊Inclinatur⌋ enim vehementer ad cognoscendum Deum et angelos et ad perfecte intelligendum omnia; quae inclinatio impedita est in corpore; est ergo violenta.

Hoc coegit Platonem in *Timaeo,*[102] *Phaedro*[103] et *Phaedone*[104] ad dicendum animas nostras non esse sicut formas naturales. Istae enim naturali ⌊vinculo⌋ uniuntur materiae. Earum enim esse est materiale et imperfectum, anima vero nostra immaterialis / et subsistens. Et ideo *S 285*
—ait— quasi invita tenetur in corpore et inde exire desiderat. Ita Avicenna, *9 Metaphysicae, cap.* <7>,[105] ubi ait quod propria perfectio animae est ut describatur in ea forma totius universi, et fiat saeculum intelligibile, corpus vero —ait— multum nocet animae ad hanc perfectionem, quam naturaliter desiderat. Differt autem Avicenna a Platone quod non negat esse naturale animae nostrae in principio uniri corpori, sed —ait— esse statum naturalem et imperfectum, sicut status pueritiae est homini naturalis, tamen imperfectus. Addit tamen statum separationis esse animae magis naturalem et perfectiorem. Et ita Scotus, in 4, *d.*<45>, *q.* 2.[106]

Hoc non placet D. Thomae, quoniam essentia animae consistit in esse formam corporis, et ideo aptitudo et inclinatio ad corpus est omnino inseparabilis ab illa, et quidquid est contra hanc inclinationem videtur esse praeternaturale ipsi animae. Et ita D. Thomas, *q.* <*89*>, *a. 1,*[107] ait quod intelligere animae separatae est illi praeternaturale,

1 **1205-1206** Quando... at *om.* *L* **1207** Inclinatur *L,* individuatur *S* **1209** violenta *add.* atque adeo naturale ei est esse extra corpus (VI 9, 1) *L* **1212** vinculo *L*, circulo (!) *S* **1213** 285] 284 *S* **1215** 7] 1 *SPL* **1223** 45] 46 *SL*, 49 *P* **1227** 89 *P*, 81 *SL* **1228** a. 1 *add.* et q. de anima, a. 1, ad 7, et 12 et 16; Henricus, Quodl. 3, q. 3, et Quodl. 11, q. 14; Capreolus, 4, d. 43, q. 1. *P*

CUESTIÓN 9

¿Es más connatural al alma una existencia fuera del cuerpo que ligada al cuerpo?

1. Esta cuestión se deriva de la precedente. En efecto, toda forma se une a la materia para adquirir una existencia más perfecta y un ejercicio más perfecto de su actividad, pero no es ése el caso del alma racional. En efecto, su unión con el cuerpo resulta más bien un detrimento por el enorme obstáculo que representa para su actividad; luego es más perfecta su existencia fuera del cuerpo.

Segundo. Si la existencia del alma en el cuerpo es natural, su existencia fuera del cuerpo resulta una existencia violenta; ahora bien, su estado de unión con el cuerpo es contrario a la inclinación natural del alma. En efecto, siente una poderosa inclinación hacia un conocimiento de Dios y de los ángeles y hacia una perfecta intelección de todo; inclinación que halla obstáculo en su unión con el cuerpo; luego se encuentra violenta.

Ello forzó la afirmación de Platón —en el *Timeo,*[102] *Fedro*[103] y *Fedón*—[104] de que nuestras almas no son como las almas naturales. Éstas, efectivamente, se unen a la materia con vínculo natural, pues su ser es material e imperfecto; en cambio, nuestra alma es inmortal y subsistente. Y justamente por ello —afirma— se mantiene en el cuerpo diríamos que forzada. Es idéntica la tesis de Avicena en *9 Metaphysicae, cap. 7,*[105] donde afirma que la perfección propia del alma radica en poseer en sí copia de la forma del Universo entero y convertirse en un mundo inteligible; ahora bien —sigue afirmando—, en orden a esta perfección naturalmente deseada, el cuerpo constituye para el alma grave quebranto. No obstante, Avicena difiere de Platón en no negar que en principio la unión con el cuerpo es algo connatural a nuestra alma, si bien —añade— es un estado connatural e imperfecto, del mismo modo que la niñez es un estado connatural al hombre, pero imperfecto. Con todo agrega que el estado de separación es para el alma más connatural y perfecto. En la misma línea Escoto, en *4, d. 45, q. 2.*[106]

Santo Tomás no comparte esta tesis: La esencia del alma consiste en ser forma del cuerpo, y, por lo mismo, su disposición e inclinación hacia el cuerpo es absolutamente inseparable de ella, y cuanto contradice esta inclinación tiene visos de preternatural para la propia alma. Y de ahí la afirmación de Santo Tomás, en *q. 89, a. 1,*[107] de que la intelección del alma separada le es preternatural, por ser pre-

---

[102] 42 ae.
[103] 246 ab. 247 b. 248 ab. 253 c.
[104] 76 c. 78 cd. 79 de. 80 b. 83 e. 85 e. 86 d. 93 c. 95 a.
[105] *o. c.*, f. 107, col. 1.
[106] nn. 5-11: *o. c.*, t. 20, pp. 281-303.
[107] 1 p.

quia status est praeternaturalis, licet *ad 3*[108] dicat esse naturale prout distinguitur contra supernaturalem; et ideo conatur D. Thomas salvare quod intelligere animae in corpore est illi melius quam extra, quia iudicavit inconveniens intelligere praeternaturale esse melius naturali.

Sed ostensum est[109] intelligere animae separatae esse melius. Et manet dubium in sua vi, et procul dubio est res difficilis, nec est novum in hac mirabili hominis compositione difficultatem invenire, nam in materia morali et naturali gravissima dubia oriuntur ex illa scilicet: Quomodo anima nostra spiritualis sit et corpori immersa; quomodo sit subsistens et vere informans, quomodo sit intellectiva et sensibus alligata. Quae repugnantiam quamdam includere videntur. Et ex his oriuntur alia dubia quae in hoc videntur potissime fundata, quod volumus hanc compositionem sui ad modum aliarum compositionum materialium ⌈metiri⌉, quod tamen nec stare semper potest nec est cur stet, quia ⌈si⌉ compositio hominis singularis est et mirabilior aliis, non mirum si ex ea aliquid sequatur singulare.

2. Dico ergo, 1.º, esse certissimum animam naturaliter uniri corpori et hanc esse naturalem conditionem illius.

Probo. Quia anima essentialiter est forma; omnis vero forma naturaliter informat.

2.º Quia naturale est et maxima perfectio naturae quod homo sit in mundo propter quem totus mundus sensibilis factus est; homo vero consurgit ex informatione animae; ergo haec informatio naturalis est.

3.º Quia anima ex se est ens imperfectum ad aliud perficiendum constitutum; ergo naturale illi est aliud perficere et componere.

3. 2.º videtur certum quod ex hac unione ad corpus anima non redditur imperfectior in substantia sua, quin potius explicat perfectionem suam perficiendo aliud, et licet substantialiter non perficiatur, tamen habet in corpore modum essendi magis conformem substantiae suae.

Haec conclusio, quoad omnes partes, patet ex dictis,[110] / quia *S 285v*
tota substantia animae, quae est in corpore, manet extra corpus, et

1234-1235 novum *S*, mirabile (Ib.) *L* **1242** materialium *S*, naturalium (VI 9, 1) *L* **1242** metiri *L*, *om. S* **1243** si *L*, *om. S*

2 **1247** Quia *add.* ut dictum est ex D. Thoma (VI 9, 2) *L* **1249-1250** sit in *add.* sensibili (Ib.) *L* **1250** mundus sensibilis *om. L* **1250** sensibilis] sensib. *S* **1252** ad aliud *add.* constituendum seu (Ib.) *L*

ternatural su estado, si bien en *ad 3*[108] asegure que frente a lo sobrenatural es natural; lógicamente trata Santo Tomás de salvar la mayor perfección de la intelección del alma ligada al cuerpo que fuera del cuerpo, por ver incoherencia en que la intelección preternatural sea más perfecta que la natural.

Pero se ha demostrado[109] que la intelección del alma separada es más perfecta. Y el problema persiste en toda su fuerza, y la cuestión es sin duda difícil y no es sorprendente tropezar con dificultades en esta admirable composición del hombre, de la que brotan tanto en el campo moral como de la naturaleza gravísimos problemas; concretando: Cómo nuestra alma es espiritual e inmersa en el cuerpo; cómo es subsistente y auténtica forma que informa; cómo es intelectiva y ligada a los sentidos. Y de estos nacen otros, cuya base más importante no es otra cosa que nuestro empeño en que esta nuestra composición sea como la composición de los demás seres naturales, empeño, no obstante, que no siempre es posible mantenerlo, ni hay razón para mantenerlo.

2. Por tanto, primera afirmación: Está fuera de toda duda que la unión del alma con el cuerpo es natural, y que tal es la condición natural del alma.

Pruebas:

Primera. El alma es esencialmente forma; ahora bien, es función natural de toda forma el informar.

Segunda. Es cosa natural y máxima perfección de la naturaleza que el hombre en el mundo sea el destinatario de todo el mundo sensible creado; ahora bien, la información del alma hace surgir al hombre; luego tal información es natural.

Tercera. El alma de suyo es ser más imperfecto y destinado al perfeccionamiento de otro; luego le es natural perfeccionar al otro y entrar en composición con él.

3. Segunda afirmación: Parece cierto que como resultado de esta unión con el cuerpo el alma no se torna más imperfecta en su substancia, antes bien despliega su perfección al perfeccionar a otro, y aunque no se perfeccione substancialmente, posee, ligada al cuerpo, un modo de existencia más conforme con su substancia.

Las investigaciones anteriores[110] evidencian la tesis en todas sus partes: En efecto, la substancia del alma ligada al cuerpo permanece íntegra fuera del cuerpo y desde este ángulo ni la comunicación ni la separación acarrean al alma perfección o imperfección; ahora bien, mediante su unión, el alma perfecciona al hombre entero, y en ello despliega su propia perfección; ahora bien, mediante su unión, el alma perfecciona al hombre entero, y en ello despliega su propia perfección; y toda causa manifiesta su virtualidad, a través de la causación de su efecto; y como

---

[108] 1 p., q. 89, a. 1.
[109] d. 14, q. 8.
[110] d. 14, q. 1.

quoad hoc non perficitur anima, nec imperficitur propter communicationem vel separationem; dum [autem] anima unitur, perficit totum hominem et in hoc explicat perfectionem suam; et omnis causa, dum effectum suum causat, virtutem suam declarat; et quia haec causalitas non est extrinseca, sed per intrinsecam informationem, ad quam anima ex se ordinatur, ideo substantia animae naturaliter est apta ad hanc informationem, et ita actualis informatio est maxime consona substantiae animae, sicut in universum actus proportionantur potentiae et est perfectio eius. Et considerando substantiam animae non dubium quin melior sit illi status in corpore.

4. Tertia conclusio: In ordine ad operationes extensive perficitur anima in corpore, tamen quoad modum efficiendi ⌊perfectiores operationes⌋ non est melius illi esse in corpore corruptibili, sed potius est impedimentum. Nec hoc est contra naturam animae, sed est imperfectio naturalis, quae comitatur imperfectam ⌊conditionem⌋ illius.

Prima pars patet. Quia anima in corpore est principium operationis vegetativae et sensitivae et omnium quas exercet mediante corpore, quas non habet extra.

Secunda pars patet ex dictis.[111]

Tertia pars declaratur inductione: Multa enim conveniunt rebus inseparabiliter, non ut perfectiones earum, sed potius ut imperfectiones et miseriae quae sequuntur ex imperfectione rei, ut naturale est homini esse mortalem, non ut perfectio, sed ut imperfectio; sic ergo propria conditio animae nostrae est uniri corpori corruptibili et hic est naturalis modus inceptionis eius. Quod si aliquod detrimentum illi provenit in operatione sua, est naturalis imperfectio eius et miseria, non violentia.

Et est simile: Melius esset animae semper ratione uti et numquam carere usu rationis, tamen naturale est illi ut per aliquot annos illo careat nec hoc violentum est, sed quaedam naturalis imperfectio.

Declaratur ratione: Cum enim aliquid intrinsece ordinatur ad finem, consecutio illius finis est perfectio illius et status in quo talem fi-

4 **1271-1272** perfectiores operationes *L*, perfectionis operationem *S* **1274** conditionem *L*, cognitionem *S* **1281-1282** imperfectiones et *add.* ut ita dicam (VI 9, 4) *L* **1282** rei *S*, subjecti (Ib.) *L* **1283** imperfectio *S*, perfectio (!) (Ib.) *L*

la causalidad en cuestión no es extrínseca, sino consistente en una información intrínseca, a la que está el alma destinada de suyo, resulta que la substancia del alma posee natural disposición para la información dicha; y, en consecuencia, la información actual se halla en la más plena armonía con la substancia del alma, del mismo modo que, en general, el acto se adecúa a la facultad y constituye su perfección. Desde el punto de vista de la substancia del alma no hay duda de la mayor perfección de su estado de unión con el cuerpo.

4. Tercera tesis: Con respecto a las operaciones, el alma ligada al cuerpo adquiere una perfección extensiva, pero en el modo de producir las operaciones más perfectas no le resulta ventajosa su existencia en un cuerpo corruptible, antes bien, representa ello un obstáculo. El hecho no contradice la naturaleza del alma, es más una imperfección natural, que acompaña a su condición imperfecta.

La primera parte es evidente: El alma ligada al cuerpo es principio de operación vegetativa y sensitiva y de todas cuantas ejerce mediante el cuerpo, de las que carece fuera de él.

La segunda parte es evidente, según las investigaciones anteriores.[111]

La tercera parte se pone de manifiesto por inducción: En efecto, numerosos atributos acompañan inseparablemente a los seres más que como perfecciones como imperfecciones y carencias que se siguen de la imperfección del ser; ejemplo: la condición mortal le es natural al hombre no como perfección, sino como imperfección; en ese sentido, condición propia de nuestra alma es estar unida a un cuerpo corruptible y éste es el modo natural de su comienzo. Y si de ello deriva alguna desventaja en su operación, es imperfección y carencia natural suya, no violencia.

Caso similar. Usar siempre de la razón y jamás verse privado del uso de la razón sería más excelente para el alma, no obstante, lo natural en ella es verse privada del uso durante algunos años, sin que ello suponga violencia, sino cierta imperfección natural.

Prueba de razón: En la ordenación intrínseca de un ser a su fin, la consecución del fin es una perfección del ser, y el estado en el que se produce la consecución del fin es el estado natural del ser; si de ahí se siguen determinados inconvenientes, no tienen carácter de violentos, sino de secuelas naturales de tal condición de la naturaleza.

---

[111] d. 14, q. 8.

nem consequitur est illi naturalis, quod si inde aliqua incommoda sequuntur, non sunt violenta, sed naturaliter sequuntur ex tali conditione naturae, sicut finis pedum est totum corpus substinere, qui finis naturalis est illi parti, ex quo sequitur esse in infimo loco, et quod habent pati multos labores, quae non sunt contra illorum naturam, sed comitantes imperfectionem eorum. Sic animae nostrae finis est constituere naturale compositum omnium perfectissimum, in quo magis attendit ad bonum compositi; quod si hinc aliquod detrimentum patitur, naturalis conditio est, non violentia.

Ais ergo: Infelix est conditio animae nostrae inter omnes formas corporis. Omnes enim aliae perficiuntur in corporibus; illa non.

Respondetur: Nego. Quin potius felicior ⌜est⌝ aliis: In corpore enim perfectiores operationes exercet et cum hoc simul habet; quod si a corpore separetur, potest alium modum operandi habere, quae non est / infelicitas, sed felicitas. Non enim potest ab illa auferri *S 286* tota perfectio, sicut ab aliis formis quae in separatione desinunt esse; haec vero non, sed dum illi aufertur perfectio quam habebat in corpore, aliam acquirit.

5. Per haec ad argumenta:

Ad primum respondetur quod anima ex unione ad corpus in multis perficitur; quod vero in aliquo impediatur est in illa singulare, nec mirum, quia est singularis inter omnes, nec aliquid debet imputari Deo, quod hanc naturam cum his repugnantiis constituerit. Non enim erat alio modo factibilis.

Ad secundum dicitur statum in corpore esse naturalem, quia est conformis essentiae, licet non expleat omnes illius inclinationes; nec vero status extra est omnino violentus, sed aliquo modo etiam naturalis, quia anima ex sua essentia habet quod sit subsistens et incorruptibilis. Rursus ex conditione suae naturae habet uniri corpori corruptibili, ex quo naturaliter sequitur quod debet necessario ab illo separari; facta vero separatione, naturaliter manet, id est, ex se habet vires ad manendum et manet in statu satis perfecto in quo explet quamdam inclinationem naturalem perfectissimam, et ideo ille status, se-

1304 est *L, om. S* **1305** operationes *om. V* **1305** et... habet *om. L* **1306** alium *add.* perfectum (Ib.) *L* **1307** 286] 285 *S* **1307** felicitas *add.* magna (Ib.) *L* **1309** haec... non *om. L* **1316** alio modo *add.* naturaliter (Ib.) *L*

Ejemplo: la sustentación del cuerpo entero es el fin de los pies, fin que para dicha parte es natural y del que se sigue que ocupen la posición inferior y estén sometidos a numerosos padecimientos, que lejos de contradecir a su naturaleza acompañan a su imperfección. Del mismo modo, el fin de nuestra alma es la constitución del compuesto natural más perfecto de todos, en el que el máximo interés está en el bien del compuesto; y si de ello surge algún menoscabo, posee carácter natural, no violento.

Lógica objeción: Infortunada es la condición de nuestra alma entre todas las formas de un cuerpo. En efecto, mientras que todas las demás se perfeccionan en los cuerpos, no así ella.

Respuesta: Niego. Más aún, goza de mejor fortuna que las demás, pues unida al cuerpo ejerce operaciones de mayor perfección y tiene además como posibilidad conjunta otro modo distinto de operación, si se separa del cuerpo, lo cual no es mala sino buena fortuna. No es posible, en efecto, arrebatarle, como a otras formas que con la separación dejan de existir, la perfección en su totalidad; a ella, no, porque, al serle arrebatada la perfección de que goza unida al cuerpo, adquiere otra nueva.

5. Vengamos a las objeciones.

Respuesta a la primera: Son muchos los aspectos en que el alma se perfecciona como resultado de su unión con el cuerpo; ahora bien, que surja algún obstáculo, es en ella excepcional y nada extraño, como excepcional es ella entre todos, sin que Dios merezca reproche alguno por haberla constituido con semejantes contradicciones. No cabía, efectivamente, otro modo de plasmarla.

Respuesta a la segunda: El estado de unión con el cuerpo es natural, por ser conforme a su esencia, aunque no satisfaga todas sus inclinaciones; por otro lado, el estado de separación lejos de ser del todo violento es también natural en alguna medida, dado que el alma posee, en virtud de su esencia, atributos de subsistencia e incorruptibilidad. A su vez, la condición de su naturaleza exige la unión con un cuerpo corruptible, de donde, como secuela natural, se hace ineludible la separación; pero realizada la separación, su permanencia es natural, es decir, posee de suyo capacidad de permanencia y permanencia en un estado bastante perfecto, en el que satisface una determinada inclinación natural extraordinariamente perfecta; y precisamente por ello, dicho estado le resulta natural en todos estos aspectos, si bien es preternatural desde el punto de vista de la carencia del fin esencial al que está destinada.

cundum haec omnia, naturalis illi est, licet ex parte qua non habet essentialem finem ad quem ordinatur sit praeternaturalis. Sed quisnam statuum istorum est simpliciter magis naturalis? Neuter enim videtur ita naturalis ut totam capacitatem animae et omnes eius inclinationes expleat.

6. Q u a r t a c o n c l u s i o: Absolute loquendo status in corpore est magis naturalis animae. Licet enim status extra corpus sit magis naturalis, ea ratione qua anima cum intelligentiis convenit, tamen secundum propria illius et secundum differentiam ultimam essentialem, qua est forma corporis, magis naturalis ⌜est illi status in corpore⌝. Magis enim naturalia sunt absolute quae conveniunt rei secundum essentialia quam quae conveniunt secundum communia.

D i c e s: Quod magis naturale est, diuturnius est; esse ⌜autem⌝ in corpore est temporale; esse extra est aeternum, naturaliter loquendo; ergo est magis naturale.

R e s p o n d e t u r:

1.º {Magis naturale est maioris durationis, quantum est ex parte rei cui est naturale, secus si ab extrinseco impediatur. Sic ⌜est⌝ in proposito: Anima enim in corpore semel creata semper, quantum est de se, maneret in illo. Et haec est naturalis inclinatio hominum ad vivendum —*2 Cor, cap. 5:*[112] «Nolumus ⌞expoliari⌟, sed, etc.»—, tamen quia ab extrinseco impeditur a contrariis <corporibus>, ideo non potest perpetuo in illo statu manere}; in alio vero perpetuo manet, quia est magis elongatus a contrariis.

2.º respondetur quod status maxime consonus inclinationi animae nostrae est status in quo perpetuo in corpore maneat et corruptioni non subsit et a cognitione perfecta rerum omnium non impediatur; quem statum habebunt animae resurgentium beatorum. Quod si illa resurrectio naturalis esset, non esset difficultas. Diceretur enim animam nostram / quasi ab imperfecto ad perfectum procedere: et primum, naturale ei esset ut esset in corpore, in quo, pro aliquo tempore, non uteretur ratione; deinde ⌜ut⌝ paulatim acquirat corpus in quo uti possit ratione, in quo iam perfectior est, sed adhuc imperfecta et quasi *S 286v*

1327 finem *add.* id est, informationem (VI 9, 5) *L*

6 **1333** tamen *S*, ac (!) (VI 9, 6) *L* **1335** est... corpore *L*, *om. S* **1338** autem *L*, *om. S* **1343** est *P*, *om. S* **1345** hominum *S*, hominis *P* **1346** expoliari *PL*, explicari *S* **1346** etc. *S*, supervestiri *P* **1347** corporibus] corporis *S* **1347** corporibus *S*, agentibus (Ib.) *L* **1357** ut *L*, *om. S* **1358** in... est *om. L*

Mas ¿cuál de esos estados es absolutamente más natural? Porque ni uno ni otro es, al parecer, de tal manera natural, que satisfaga la entera capacidad del alma y todas sus inclinaciones.

6. Cuarta tesis: En un plano absoluto, el estado de unión con el cuerpo es para el alma más natural. En efecto, aunque el estado de separación sea más natural en cuanto que el alma posee una dimensión esencial común con las inteligencias, sin embargo, en cuanto a su dimensión típica y última diferencia esencial, por la que es forma del cuerpo, le es más natural su estado de unión con el cuerpo.

Una objeción: Lo que es más natural es más duradero; ahora bien, su unión con el cuerpo es temporal, su existencia fuera del cuerpo es eterna, en una perspectiva natural; luego es más natural.

Respuesta:

Primero. Lo que es más natural es de mayor duración desde el ángulo del ser para quien es natural, pero ello no es así si existe un obstáculo externo. Éste es el caso del alma: Una vez creada en el cuerpo permanecería siempre en él desde el ángulo de su exigencia esencial. Y aquí radica la inclinación natural de los hombres a la vida —*2 Cor, cap. 5*:[112] «No queremos desnudarnos, sino etc.»— No obstante, como los cuerpos, de condición opuesta, constituyen un obstáculo extrínseco, no puede, en dicho estado, permanecer perpetuamente, sí permanece, en cambio, perpetuamente en el otro estado, que está más alejado de los opuestos.

Segunda respuesta: El estado de máxima armonía con la inclinación de nuestra alma es el estado de permanencia perpetua en el cuerpo, sin sometimiento a la corrupción, sin obstáculos para un conocimiento perfecto de todas las cosas, estado de que gozarán las almas de los bienaventurados tras la resurrección. Y si la resurrección fuese un hecho natural, desaparecería la dificultad. Se diría, efectivamente, que nuestra alma experimenta una especie de proceso desde lo imperfecto a lo perfecto: en una primera fase sería un hecho natural que, unida al cuerpo, careciera del uso de la razón durante algún tiempo, que, en una segunda fase, con el desarrollo paulatino del cuerpo, fuese ya posible el uso de la razón, fase más perfecta, pero todavía imperfecta y en vías, por así decir, de un estado más perfecto; en un tercer momento, con la separación del cuerpo, afronta su condición natural, adquiere mayor perfección de entendimiento y experimenta toda modalidad de existencia; finalmente, unida por Dios al cuerpo, alcanza allí toda su perfección. No obstante, el entendimiento no queda tranquilo, justamente porque la resurrección no es un hecho natural, sino de gracia.

---

[112] *2Cor* 5,4.

in via ad statum perfectiorem; postmodum vero a corpore separatur ut naturalem conditionem subeat et maiorem intellectus perfectionem acquirat et omnem essendi modum experiatur; postmodum vero corpori unitur a Deo ut ibi habeat omnem perfectionem suam. Quia tamen resurrectio naturalis non est, sed ex gratia, ideo non quiescit intellectus. Et dici posset quod licet resurrectio, eo modo quo nunc fit et respectu finis ad quem ordinatur, sit absolute supernaturalis, tamen, intra leges naturae sistendo, videtur naturalis conditio sui petere quod habeat aliquem finem perpetuum, non solius animae, sed totius compositi et quod sit aliqua retributio malorum et bonorum, non tantum in animabus, sed etiam in compositis, siquidem homines ipsi sunt qui male vel bene operantur. Et consequenter dicendum esset ad providentiam Dei, ut auctor naturae est, pertinere reunire animam separatam corpori aliquo modo incorruptibili in quo possit totam suam naturalem perfectionem habere et complete esse beata. Quod quidem apparenter dictum est, sed illud longius examinare theologi est. Maxime enim pendet ex cognitione naturalis finis animae nostrae. Quod si hoc non dicatur, dici ⌊necessario⌋ debet naturam humanam esse talis conditionis quod, intra leges naturae stando, non potest perfectum statum naturalem habere, sed per gratiam perfici, nec posse separari a gratia cum tota perfectione naturali, et ideo a Deo ad finem supernaturalem elevata est et per gratiam concessit quod naturae deerat. Nec hoc ex imperfectione humanae naturae provenit, sed ex perfectione. Quia enim haec natura multa ambit, non potuit per naturam tota eius capacitas ⌊repleri⌋, sed necessaria fuit gratia. Quapropter si natura gratia destituatur, sine vita invenietur, id est, bene instituta, non tamen potuit <repleri> cum omni perfectione sua.

1374 theologi *S*, alibi (VI 9, 6) *L* **1376** necessario *L*, nec *S* **1383** repleri *L*, reperiri *S* **1384-1385** Quapropter... sua *om. L* **1385** repleri] reperiri *S*

Mas cabría afirmar que, si bien la resurrección es un hecho absolutamente sobrenatural, sin embargo, instalándonos en el marco de las leyes de la naturaleza, parecen exigencia de su propia condición natural la existencia de un fin perpetuo no para el alma, sino para todo el compuesto, y la existencia de una retribución de malos y buenos, que afecte no ya a las almas sólo, sino también a los compuestos, toda vez que son justamente los hombres quienes obran mal o bien. Y , en consecuencia, sería preciso afirmar que se inscribe dentro de la providencia de Dios, como autor de la naturaleza, la reunificación del alma con un cuerpo en alguna medida incorruptible, en el que fuese posible la realización de toda su perfección y una existencia completamente feliz. Afirmación que, por cierto, se hace sin rigor técnico y que exige, empero, del teólogo análisis más prolongado. La cuestión depende, efectivamente, en grado superlativo, del conocimiento que nuestra alma posea del fin natural. Pero si esta afirmación no se hace, debería necesariamente hacerse otra: Que la naturaleza humana es de tal condición que, dentro del marco de las leyes de la naturaleza, es incapaz de alcanzar un estado natural perfecto, antes bien, obtiene la perfección por gracia y, por ello precisamente, Dios la ha elevado al fin sobrenatural, y concedido por gracia lo que faltaba por naturaleza; y ello no deriva de la imperfección de la naturaleza humana, sino de su perfección. En efecto, como esta naturaleza tiene múltiples aspiraciones, no ha sido posible colmar su entera capacidad en el plano de la naturaleza y se hizo necesaria la gracia. Por lo cual, caso de que la naturaleza quedara desprovista de la gracia, resultaría sin defecto, es decir, correctamente constituida, sin embargo no fue posible colmarla de toda su perfección.

QUAESTIO 10

Utrum anima separata appetat iterum reuniri corpori

1. Haec quaestio facile resolvitur ex dictis.[113]

Scotus enim, supra,[114] consequenter negat talem appetitum, ⌊tum⌋ ⌈quia⌉ —inquit— ⌊anima⌋ ex illa unione nihil perficitur, tum quia illa reunio est impossibilis per naturam, inclinatio vero naturalis non est ad impossibile, vel dicendum esset resurrectio esset naturalis.

D. Thomas ubique tenet contrarium: *1 p., q. <76>, a. 1, ad 6*; colligitur ex *q. 89, aa. 1* et *2; 1.2, q. 4, a. 5; De spiritualibus creaturis, a. 2, ad 5; De potentia, q.* ⌈5⌉, *a. 10, ad 5;* in *4, d. 49, q. <4>, a. <5 c>* [et] *<ad> 1.*

/ N o t a n d u m quod appetitus rerum est naturalis et elicitus. *S 287*
Corpus etiam cum anima potest reuniri, [et] potest esse idem quod antea et eodem modo, scilicet corruptibile et subiectum miseriis, etc., impediens perfectam cognitionem supernorum, potest etiam corpus perfectiori modo dispositum [esse], liberatum ⌈scilicet⌉ a corruptione. De anima etiam loqui possumus vel secundum praecisam cognitionem naturalem vel absolute, prout nunc est.

2. His suppositis, p r i m a c o n c l u s i o sit: Appetitu naturali anima separata appetit corpus.

P r o b a t u r. Quia appetitus naturalis est aptitudo naturalis quam res habet, quae metaphorice nomine appetitus explicatur, ut dictum est *Physicorum 1*; sed anima separata semper retinet eamdem aptitudinem ad corpus, et semper est pars ex natura sua ad perficiendum illud; ergo.

Nec contra hoc procedunt argumenta Scoti.[115]

Ad p r i m u m enim respondetur negando consequentiam, nam appetitus naturalis partis non semper respicit necessarium bo-

1 **1390** tum *L*, tm *S* **1390** quia *L*, *om. S* **1390** anima *L*, animam *S* **1393** 76] 26 *SL* **1394** q. 89... 1.2 *om. L* **1395** 5 *L*, *om. S* **1395** a. 10, ad 5 *add.* in 4, dist. 43, q. 1, a. 1, quaestiuncula 3, ad 4 (VI 10, 1) *L* **1395** 4] 1 *SL* **1395** 5 c et ad] 1.1.q. *SL* **1396** 287] 286 *S* **1400** scilicet *L*, *om. S*

CUESTIÓN 10

Sobre el apetito del alma separada a reunirse de nuevo con el cuerpo

1. Esta cuestión recibe de las investigaciones anteriores[113] fácil solución.

En efecto, Escoto, en el texto citado,[114] niega lógicamente tal apetito, por cuanto —son sus palabras— dicha unión no aporta al alma perfección alguna y, por otro lado, tal reunión resulta imposible en el plano natural; ahora bien, la inclinación natural no apunta nunca a un imposible o sería fuerza afirmar que la resurrección es un hecho natural.

Santo Tomás mantiene la tesis contraria en innumerables pasajes: *1 p., q. 16, a. 1, ad 6;* es corolario de *q. 89, a. 1* y *2; 1.2, q. 4, a. 5; De spiritualibus creaturis, a. 2, ad 5; De potentia, q. 5, a. 10. ad 5;* en *4, d. 49, q. 4, a. 5 c.* y *ad 1.*

Urgen unas observaciones: El apetito de los seres es natural y elícito. También es posible que el cuerpo se reúna con el alma, con posibilidad de seguir siendo el mismo de antes y de la misma manera, quiero decir, corruptible y sometido a carencias, etc. presentando obstáculos a un conocimiento perfecto de las altas realidades; y con posibilidad también de ser un cuerpo dispuesto de manera más perfecta, quiero decir, liberado de la corrupción. También es posible abordar este tema del alma atendiendo a su conocimiento natural precisivo o, absolutamente, a su estado presente.

2. Después de estas precisiones, una primera tesis. El alma separada apetece el cuerpo con apetito natural.

Prueba: El apetito natural es la aptitud natural, que posee un ser, la cual se deja entender metafóricamente con el nombre de apetito, como se ha dicho en *Physicorum 1;* ahora bien, el alma separada retiene siempre la misma aptitud para con el cuerpo y siempre sigue siendo parte destinada por su propia naturaleza al perfeccionamiento de otro.

Frente a la tesis carecen de validez los argumentos de Escoto.[115]

Respuesta al primero: Se niega la inferencia, dado que el apetito natural de una parte no siempre dice relación con el necesario bien de la parte, sino con el

---

[113] d. 14, qq. 8.9.

[114] *Sent.* IV, d. 43, qq. 2 sqq.: *o. c.,* t. 20, pp. 34-115 (praesertim: *Ibid.,* q. 2, nn. 14.24.25.29.30: *o. c.,* t. 20, pp. 44.54 sq.57 sq.).

[115] Cfr. in hac d. not. 114.

num partis, sed bonum totius; sat ergo esset quod anima perficeret hominem ut corpus appeteretur.

2.º respondetur quod etiam in illa unione perficitur aliquo modo anima, ut supra[116] ostensum est.

Ad secundum respondetur quod unio animae ad corpus absolute est naturalis et hanc respicit appetitus naturalis. Quod illa vero sit reunio et non prima unio nihil refert ad appetitum naturalem; et hoc est quod aliter dici solet: quod licet reunio ad corpus quoad modum sit praeternaturalis, tamen quoad terminum, qui est esse unitam, est naturalis; inclinatio vero est ad terminum, et ita est ad aliquid naturale.

3. Secunda conclusio: Valde probabile est quod anima separata, ratione naturali ducta, non appeteret appetitu eliciti reunionem ad corpus, nisi forte velleitate quadam et sub conditione, quam putaret impossibilem per naturam.

Hanc conclusionem sic explico: Anima separata, naturali ratione ducta, putaret esse impossibile reuniri per naturam, nisi forte cognosceret id esse possibile Deo de potentia absoluta; putaret etiam quod si unio deberet iterum fieri, deberet esse ad corpus eiusdem rationis cum eo quod antea habebat. Dico ergo quod anima separata, hoc cognoscens, nollet reunionem ad corpus.

Probatur. Quia iudicaret hoc esse illi maius malum quam bonum et in ea re magis perdere quam acquirere, quia licet acquireret statum magis naturalem, tamen amitteret statum magis spiritualem et liberum ab omni gravamine corporis; et licet acquireret aliquas operationes, tamen amiteret perfectissimas et consortium substantiarum separatarum.

Confirmatur. Nam licet homo naturaliter sit mortalis, si semel a mortalitate liberaretur, non illam appeteret, quia licet sit magis naturalis, non tamen maior perfectio; et res magis appetit id quod perfectius est.

Item, quia vel anima / hoc appeteret propter bonum suum vel *S 287v*
propter perfectionem universi, de cuius perfectione est ut homo sit. Non primum, ut ostensum est,[117] nec secundum, quia licet nulla anima reuniretur corpori, non desineret species humana esse in mundo per continuam generationem.

3 **1445** de cuius... sit *S*, ad cuius perfectionem homo spectat (VI 10, 3) *L*

bien del todo; bastaría, por tanto, con que el alma perfeccionara al hombre, para que el cuerpo fuera apetecido.

Segunda respuesta: En la mentada unión también se perfecciona el alma en alguna medida, como quedó demostrado en líneas anteriores.[116]

Respuesta al segundo argumento: La unión del alma con el cuerpo es absolutamente un hecho natural y con él dice relación el apetito natural. Ahora bien, que se trate de una reunión y no de una primera unión es algo totalmente irrelevante para el apetito natural; la misma afirmación suele expresarse de otro modo: Por más que el modo de reunión sea preternatural, el término, que consiste en el estar unida, es natural; ahora bien, el término es adonde apunta la inclinación y, en consecuencia, apunta hacia algo natural.

3. Segunda tesis: Es muy probable que el alma separada, guiada por la razón natural, no apetecería con apetito elícito su reunión con el cuerpo, quizá únicamente lo apeteciera con cierta veleidad y bajo una condición que estimaría imposible en el plano natural.

Aclaración de la tesis: El alma separada, guiada por la razón natural, estimaría imposible volverse a unir de nuevo en un plano natural; quizá únicamente conocería que ello era posible para Dios en el plano de la posibilidad absoluta; estimaría también que, si debiera producirse de nuevo la unión, debería ser unión con un cuerpo de características idénticas a las del anterior.

Afirmo, pues, que el alma separada, conociendo estas circunstancias, rechazaría su reunión con el cuerpo.

Prueba: Consideraría que la reunión es más un mal que un bien, y que con ella sería mayor la pérdida que la ganancia, porque, si bien ganaría un estado más natural, perdería un estado más espiritual y libre de toda la cargazón del cuerpo; y si bien ganaría una determinada actividad, perdería otra perfectísima y la convivencia con las substancias separadas.

Confirmación: Aunque el hombre es naturalmente mortal, una vez liberado de su condición mortal, dejaría de apetecerla, porque, si bien es más natural, no es, con todo, mayor perfección.

Asimismo, o bien el alma apetece la reunión para su propio bien o para perfección del universo, perfección que exige la existencia del hombre. No es el primer caso, como se ha demostrado,[117] ni tampoco el segundo, porque no cesaría en el mundo la existencia de la especie humana a través de una generación continua, aunque no se produjese reunión de alma alguna con su cuerpo.

---

[116] d. 14, q. 9 (1.ª, 2.ª et 4.ª concl.), nn. 2, 3 et 6.
[117] d. 14, q. 9 (3.ª concl.), n. 4.

Et secunda pars conclusionis patet ex dictis in praecedenti quaestione,[118] nam si animae separatae daretur corpus non obnoxium corruptioni a quo non impediretur in intellectionibus intellectualibus, tale corpus appeteretur ab anima, et anima separata posset habere hunc actum: «Si daretur mihi hoc corpus, vellem uniri illi.» Quia tamen putaret impossibile informare tale corpus, ideo non appeteret hoc voluntate efficaci et absoluta.

Sed contra primam partem est argumentum: Ergo nunc naturaliter desiderat anima exire a corpore isto, cuius contrarium experimur.

Respondetur {nunc esse alligatam animam appetitui sensitivo, qui maxime morti reluctatur, quia tunc perit.

Item, cognitio futurae vitae est incerta et status dubius, et ideo formidat anima exire a corpore.

Item, amor praesentium trahit animam,} nec contemplatio et bona futura tanti aestimantur; et ideo non est eadem ratio animae coniunctae et separatae.

4. Tertia conclusio: Nunc de facto animae separatae appettunt reuniri appetitu elicito et absoluto —*Apoc 6*—[119]

Et ratio est, quia cognoscunt quod debent reuniri corporibus, in quibus habent perfectionem suam et nulla privantur. Quae cognitio supernaturalis est, et ideo ex hac parte appetitio supernaturalis est, licet ex parte sui sit absolute naturalis.[120] Nec tamen ideo non violentae manent, quia non illis corpora tribuuntur, sed libenter obediunt, et certo sciunt quod suo tempore propria corpora recuperabunt, in quibus perpetuo Deo ⌊fruentur⌋, cui honor et gloria in saeculorum saecula. Amen

Finis librorum *De Anima*

1450 non obnoxium *S,* obnoxium (!) (Ib.) *L* **1459** nunc *S,* tunc *P* **1461** cognitio... dubius *S,* status futurae vitae est incertus *P* **1461** incerta *S,* curta (!) (Ib.) *L* **1462** exire *S,* exitum *P* **1463** Item *S,* et *P* **1463** animam *S,* illam *P* **1463** nec contemplatio *om. L* **1464** futura *add.* quia futura (Ib.) *L* **1464** tanti *S,* minus (Ib.) *L*

4 **1466** Tertia *S,* Quarta (VI 10, 4) *L* **1466** separatae *add.* ac iustae (Ib.) *L* **1467** Apoc. 6 *add.* Vidi subtus altare animas, et clamabam, usquequo Domine non iudicas, etc. *L* **1471** sui *S,* termini (Ib.) *L* **1474** fruentur *L,* serventur *S*

Segunda parte de la tesis: Resulta evidente de las investigaciones de la cuestión anterior:[118] En efecto, si al alma separada se le diera un cuerpo no sometido a la corrupción y que no ofreciera obstáculos a las operaciones intelectuales, tal cuerpo sería para el alma objeto de apetición, y el alma separada podría realizar este acto: «Si se me diera un cuerpo así, querría unirme a él.» Sin embargo, no lo apetecería con voluntad eficaz y absoluta, justamente porque informar un cuerpo así lo juzgaría imposible.

Mas existe una objeción contra la primera parte: Lógicamente, el alma tendría ahora deseo natural de salir de un cuerpo, que experimentamos como su opuesto.

Respuesta: El alma se encuentra ahora ligada al apetito sensitivo, reacio en grado sumo a la muerte, porque con la muerte perece.

Asimismo, el conocimiento de la vida futura es incierto y dudoso su estado, y, por ello, el alma siente espanto a salir del cuerpo.

Asimismo, el amor de las cosas presentes arrastra al alma y no es tan grande la estima de la contemplación y de los bienes futuros; y, por lo mismo, merece consideración distinta el alma unida y separada.

4. Tercera tesis: En su estado presente, las almas separadas apetecen de hecho la reunión con apetito elícito y absoluto —*Apoc 6*—.[119]

La razón es ésta: Poseen conocimiento de su obligada reunión con los cuerpos, en los que tienen su perfección, sin verse privadas de ninguna; este conocimiento es sobrenatural y, por lo mismo, la apetición desde este ángulo es sobrenatural, aunque desde el ángulo de sí mismas es absolutamente natural.[120] Con todo, en el presente estado, permanecen sin violencia, a pesar de hallarse privadas de sus cuerpos, y en gustosa obediencia, con la certeza de que en su momento recobrarán sus propios cuerpos, en los que gozarán eternamente de Dios, a quien sea el honor y la gloria por los siglos de los siglos. Amén.

Fin de los libros *De Anima.*

---

[118] d. 14, q. 9 (4.ª concl.), n. 6.
[119] *Ap* 6,9 sqq.
[120] Cfr. d. 14, q. 10 (1.ª concl.), n. 2.

INDEX NOMINUM

ÍNDICE GENERAL

ÍNDICE DEL TOMO 1

ÍNDICE DEL TOMO II

ÍNDICE DEL TOMO III

Se terminó de imprimir
en Artes Gráficas Soler, S. A.,
de Valencia,
compuesto en sus originales por
SIFTEL,
el día 18 de junio de 1991
fiesta de S. Agustín